Digitized by Google

MELCHIORIS DETHMARI GROLMANNI IC^TI, Q.

ET DVM VIVERET,

CONSILIARII INTIMI HASSO-DARMSTADINI, ACADEMIAE GIESSENAE CANCELLARII ET PROFESSORIS IVRIS PRIMARII,

DE

OPERARVM DEBITARVM MVTATIONE,

DISSERTATIONVM TRIGA,

OB MAXIMVM IN FORO VSVM RECVSA.

PRAEFATIONEM

DE

PRAESVMTIONE CONTRA RVSTICOS IN CAVSSIS OPERARVM, HARVMQVE REDEMTIONE LICITA,

ADIECIT

D. IO. GEORGIVS ESTOR,

CONSILIARIVS ET HISTORIOGRAPHVS HASSIACVS, IVRIVMQVE IN ACADEMIA GIESSENSI PROFESSOR ORDINARIVS.

GIESSAE, APVD EBERH. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO EDITORIS

SECTIO PRIMA.

De praesumtione contra rusticos in caussis operarum.

SYNOPSIS

SECTIONIS PRIMAE.

§. I. Frequens vsus argumenti de operis rusticorum.

§. II. Plerique auctores hic perverse docent, dum ad ius ciuile confugiunt.

§. III. Quod probatur.

§ IV. Probatio vlterior dictorum.

§. V. Docetur auctoritate Domini de LVDOLFF, & Domini de BERGER.

§. VI. Adsertur testimonium MEVII, &

§. VII. THOMASII & PERTSCHII. Traditur origo operarum ab hominum priorum conditione, & docetur non a iurisdictione deriuandas esse operas.

§. VIII. Corroboratur e LEYSERO, quod ius ciuile hic locum non habeat, & contra huius tradita praesumtio seruitutis in Germania valeat.

§. IX. Quod illustratur ex OCKELIO.

§. X. Quum ergo in iure ciuili nil pro operis inueniatur, res e iure Germanico arcessitur.

§. XI. Mancipiis Germani vtebantur ad seruitia.

Digitized by Google

§. XII. Id quod ignorarunt multi, hinc origo peruersae sententiae de praesumtione libertatis rusticorum.
§. XIII. Probatur pacto operarum inedito, inter Schenckios Hermansteinenses, & eorum rusticos.
§. XIV. Ex eo demonstratur occasio distinctionis operarum in determinatas & indeterminatas.
§. XV. Adhuc illustratur.
§. XVI. Quoniam ergo distinctio operarum multis rusticis recentiori aeuo succurrit, docetur olim cunctas, iuxta regulam, indeterminatas fuisse.
§. XVII. Definiuntur operae.
§. XVIII. Enumerantur species variae operarum.
§. XIX. Definiuntur indeterminatae & determinatae.
§. XX. Illustrantur indeterminatae.
§. XXI. Formantur ex dictis conclusiones.
§. XXII. ad §. XXVI. continuantur eae.
§. XXVII. Conclusio, quod praesumtio sit contra rusticos, firmatur conclusis senatus imperialis aulici.

§. I.

NIhil fere magis obuium in foro est, nihil tribunalia iudicum frequentius exercet, & calamos aduocatorum saepius fatigat, quam creberrimae, eaeque grauissimae rusticorum aut cum territorii dominis lites, aut cum nobilibus, tam mediatis quam immediatis, de praestandis operis exortae controuersiae. Alii enim rustici queruntur de nimiis operis, & in crudelitatem domini, indeterminatas operas exigentis, debacchantur. *a*)

Pars

a) Huc pertinent lites inter Principem Hohenzolleranum & subditos eius, nec non controuersia Basileensis episcopi cum subditis, item Comitis de Isenburg-Meerholtz cum pago Gründau.

De

Digitized by Google

Pars clamitat de extenſione operarum aedilitiarum. Pars cum domino certat, quibus horis initium capiant operae per diem faciendae, & quo diei tempore finiendae iterum veniant? Hic exſurgit pagus, qui operas hucusque pecunia redimet, cuiuis domino certa ſumma numerata, ac illam, ob auctum dominorum numerum, in poſterum ſoluere recuſat. Alibi detrectant ruſtici, qui ad perferendas litteras obligati ſunt, ſarcinulas capſasue perferre. Nunc denegant ii, qui ad operas vehiculares viuunt obſtricti, vehere lapides ſepulcrales, & quae ſunt aliae operarum lites, quas parte prima derer kleinen Schrifften/ p. 72. 73. enumeraui.

§. II.

Quo magis vero litibus operarum perſtrepunt iudicum tribunalia, hisque negotiis diſtinentur practicorum ingenia; eo magis in eo argumento exundant exuberantque iureconſultorum labores, futiles tamen maximam partem. Peregrino enim, hoc eſt nullo fundamento, ſuperſtruunt telam, quae multo fragilior eſt, quam aranearum.

§. III.

Obſtupeſco ſane, quoties hodierna die, qua lux hiſtoriae tales diſpulit tenebras, practicorum, vt audire geſtiunt, doctrinas experior. Hi quoniam praxeos eſt, ita loquuntur, alter alterum, vt grus gruem, hae in parte ſequuntur, ac dictamina iuris Romani tam inepte hic applicant, vt ſaepe mirari ſubierit, quur tales non aeque to-

De hiſce cauſſis legendus eſt Conſultiſſimus IOANNES IACOBVS MOSER in der Reiche-Fama. Controuerſiam Hoyngenſem, Comitis de Solms & Braunfels, cum ſuis ſubditis, paucis enarrat beatus IMMANVEL WEBER, academiae noſtrae, dum viueret, Pro-cancellarius, in opuſculo *de ruſtico ſeditioſo*, §. XXXI p. 66.

gas Romanorum induant? mensae, instar horum, accumbant? cereuisia & vino nostro relictis, Quiritium potum pariter adsciscant? Iniurii profecto, tum in patriam nostram, tum in clarissima Romani iuris principia, in proœmio tituli *Institutionum, de officio iudicis*, legenda, tum denique in leges imperii Germanici, quae patrium morem ad nauseam vsque inculcant, & sanam iuris ciuilis applicationem nobis imperant, ineptam vero tacite prohibent. Ius ciuile Romanorum est magnae auctoritatis, & ius commune nostrum, eritque, ita tamen, vt status habenda ratio, an quadret huic, nec ne? Sicut nobilium nostrorum conditio plane alia est, ac Romanorum, quod alibi *b*) e PERIZONIO demonstraui; sic etiam differt rusticorum nostrorum status, a rustica Romanorum gente.

§. IV.

Hinc consequum fit, vt ea, quae de nobilibus ac rusticis in iure ciuili leguntur disposita, plane non sint consentanea nostris institutis. Risui se exponeret ille, qui cuncta iura, quae in veteri testamento leguntur constituta, nostrae vellet accommodare reipublicae. Sed hanc superstitionem iuridicam alibi *c*) exagitabo, fecitque AVGVSTINVS LEYSER in disputatione *de superstitione iuridica*.

§. V.

Nec tamen ego solus sum, qui detestor ineptum iuris vsum hac in materia. Facem praefert perilluſtris Assessor de LVDOLFF *variarum obseruationum forensium libro*, obseruatione centesima quinta, nota sexta, p. 281. *Hic vero,*

b) In *commentariis de ministerialibus*, capite quinto §. CCXXXVIII. p. 113.

c) Parte sexta **der kleinen Schrifften**, vbi posteriores curas *de iure deuolutionis*, volente Deo, dabo.

vero, inquit, *iudex non mouebitur allegationibus, quas ex* BALTHASARIS, ERHARDI, *aliorumque opuſculis deprome re ſolent aduocati, vt cauſae inſeruiant ſubditorum contra dominos;* operarum exactionem eſſe iuri communi aduerſam: omnes praeſtationes credi debere vitioſas, adeoque reſtringendas in dubio. *Et quae alia ex principiis iuris Romani male deriuantur, vel ex applicatione inconſulta tituli Codicis Iuſtinianei libro vndecimo,* ne ruſticani ad vllum obſequium deuocentur, *ad ius Germanicum.*

§. VI.

Argumenti, hoc in capite, a ſtatu Romano deſumti, leuitatem ſimiliter agnouit perilluſtris conſiliarius imperii aulicus, CHRISTOPHORVS HENRICVS de BERGER, *de iure ordinum imperii territoriali circa operas ſubditorum* §. XXIII. p. 22. Idem inculcat celeberrimus in foris noſtris iureconſultus, DAVID MEVIVS quaeſtione prima, numero ſecundo, in libro, quem confecit **von Abforderung derer Bauren** / vt obſeruaui parte quinta **der kleinen Schrifften.** Egregie hic philoſophatur ὁ πάνυ IVSTVS HENNINGVS BOEHMER in opuſculo *de iure & ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae, non Romanis deriuando.* Tanti ſunt ponderis eius rationes, vt mea non ſolum probe ſuffulciant, ſed etiam iuſtiſſime ornent. *Eſt iuris Romani*, ait, *in Germania auctoritas non leuis, ſed non tanta, vt aut rationem vincat, aut mores antiquos. Sunt plura inſtituta in Germania, a ſtatu rei Romanae deuiantia, quae proinde iure Romano regi nequeunt. In hoc tamen peccant non pauci, qui iuris patrii neglectum vbique produnt, & ſoli iuri Romano inſiſtendum eſſe credunt, vnde non poteſt non laeta errorum ſeges naſci, id quod ex hominum noſtrorum propriorum iure & conditione, quae ex ſeruorum, libertinorum, colonorum & adſcripti-*

scriptitiorum Romanorum iuribus incautius consarcinari solent, planum fit.

§. VII.

Ne autem quis temere ogganiat hunc locum plane ad rhombum facere nihil, dum de hominibus propriis agat, ego vero de operis commenter: huic repono, atque simul rogo, vt exspectet paullisper, videatque quorsum progrediatur argumentum meum? Namque ego ostendam, quod iam fecerunt alii, operas esse seruitutis effectum apud Germanos. Vt interea pergam, commonstremque superesse viros, qui recte hic sapere coeperunt, adducam nonnullos, quo, auctoritate horum nixus, ego meam sententiam collocem in tuto. Habeto igitur CHRISTIANVM THOMASIVM, cuius philosophiam, hac de re, velim ipse legas, capite primo, §. LIII. dissertationis *de distinctione hominum in liberos & seruos*, &, qui hunc Sequitur, virum amplissimum, IOANNEM GEORGIVM PERTSCHIVM, in *dissertatione iuridica, distinctionem operarum in determinatas & indeterminatas, earumque exactionem, sistente*, §. LI. p. 39 40.

§. VIII.

Numerum claudat magni nominis iurisconsultus, AVGVSTINVS LEYSER, specimine quadringentissimo sexto decimo *meditationum ad pandectas*, meditatione prima pag. 1065. vbi grauiter eos errare scribit, qui ex titulis Codicis *ne rustici ad vllum obsequium deuocentur, & ne operae a collatoribus exigantur*, ad nostros rusticos argumentum nectunt, dum rusticos Germanorum & Romanorum toto coelo differre constet. Romanos rusticos liberos ac saepe honesto loco natos fuisse, qui tumultus vrbicos perosi ruri in praediis suis vixerint, ac procul negotiis, paterna

na rura bobus & mancipiis suis exercuerint. Cum Germanis autem secus se habere docet. Et licet conditio rusticorum sensim melior minusque dura fuerit effecta; exinde tamen non sequi putat, vt libertas illis obtigerit omnimoda, sicut dici non possit, seruitutem Romanam post sublatum ius vitae & necis sublatam fuisse. Itaque quum res in eodem, in quo olim fuit, statu mansisse censeatur, nec mutatio praesumatur, sed quoniam in facto consistit, probari debeat: existimat non solum in Saxonia electorali, sed in omnibus terris, quae olim Saxonico iure vsae fuerunt, praesumtionem pro nobilibus praediis, quod scilicet iis operae a rusticis debeantur, contra libertatem esse.

§. IX.

Quae quum ita sint, omnino patescit admodum ridiculum esse axioma, quo semper innituntur rusticorum cauſſidici: seruitus non praesumitur. Ex quo magis ineptam trahunt consequentiam, vt quemlibet praesumi liberum aiant, nisi contrarium doceatur. Dicendum potius atque statuendum, praedia rusticorum magis seruitiis obnoxia, quam libera praesumi. Verum haec non inseruiunt rusticorum cauſſidicis. Ideo semper ad leges ciuiles recurrendum esse satius ducunt, &, eierata veritatis luce, cespitare malunt, quam vera sequi, quae clientibus suis haud prodesse vident. Loquatur pro me ANDREAS OCKEL de *praescriptione immemoriali*, capite secundo, thesi decima nona, p. 41. *Solent quippe*, ita ille, *nonnulli rabulae, quamuis sciant nobiles esse in possessione seruitiorum, idque confiteantur, actionem negatoriam instituere, putantes, hacce via se onus probandi posse coniicere in nobiles*, ob

praesumtionem libertatis, *quam iactant, sed vbi acta ad iuris peritos transmittuntur, fallunter, & cadunt sua spe.*

§. X.

Quoniam ergo operarum doctrina ex iuris Romani traditis prona veritate diiudicari nequit; ad Germanorum instituta recurrendum est. Tantus vero apud hos erat seruorum numerus, quantus vix concipi potest, quemque recte dixeris innumerum. Ostendi hoc in opere de *ministerialibus*, atque ex instituto in *specimine iuris Germanici de hominibus propriis Germaniae, in Westphalia praesertim superstitibus*, tomo quinto der kleinen Schrifften *d*). Hi serui, quos posterior aetas, molliori nomine, homines proprios appellauit, & qui nostro tempore rustici audiunt, operas domino praestabant omnes, quas fieri domino vel vtile vel volupe erat. Ignorabat patria nostra famulos conductitios, quibus hodie vtimur. Longobardi seruos mercenarios interdum alebant, prout commonstrat IOANNES FRIDERICVS POLAC in *systemate iurisprudentiae ciuilis Germanicae antiquae* libro primo, capite decimo quinto, §. XVII. p. 65.

§. XI.

Quo autem videas Germanica mancipia fecisse seruitia; adponam e titulo secundo & vicesimo legis Alamannorum haec verba: *ancillae autem opera imposita sine neglecto faciant,*

d) Itali quoque seruis vtebantur eiusmodi, ceu patet ex FONTANINI l. bello, quem parte secunda der kleinen Schrifften exhibui. In comitatu Burgundiae (Franche Comté) seruiturus species reperitur, quae vulgo *main-morte* appellatur, & homines ad operas compellit, prout ex instituto docetur in libro, cui praescriptum: *traité de la main-morte & des retraits par* M. F. I. DVNOD, ancien auocat au Parlement & Professeur royal dans l'Vniuersité de Besançon, 1733. 4to.

Digitized by Google

faciant, ſerui dimidium ſibi, & dimidium in dominico aratium reddant, & ſi ſuper haec eſt, ſimul ſerui eccleſiaſtici ita faciant, tres dies ſibi, & tres in dominico. Concinit lex Baiuariorum titulo primo, capite quarto & decimo: *ſerui autem eccleſiae ſecundum poſſeſſionem ſuam reddant tributa, opera vero tres dies in hebdomada in dominico operent, tres vero ſibi faciant; Si vero dominus dederit eis boues aut alias res, quas habet*, tantum ſeruiant, quantum eis per poſſibilitatem *impoſitum fuerit, tamen iniuſte neminem opprimat:* & titulo decimo quinto, capite vndecimo legitur: *reliqua ornamenta, quae mancipia mea* ex propria mea *materia laborarunt, & fecerunt, aut fabri huiusmodi ſi fuerint, propterea tradidi & firmabo*, (hoc eſt, ſi vendidero, euictionem praeſtabo emtori.) Coniungi his velim, quae in medium protuli in *commentariis de miniſterialibus*, capite ſecundo §. CCII. CCIII. CCIV. CCV. p. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. Adeas pariter rogo, illuſtris de LEIBNITZ *collectanea etymologica*, tomo ſecundo, p. 415. ſeqq. nec non doctiſſimum opus IOACHIMI POTGIESERI *de conditione & ſtatu ſeruorum apud veteres Germanos tam veteri, quam nouo*, libro ſecundo, capite tertio §. IV. p. 195. 196. §. VIII. p. 200. 201. itemque CAROLI DV FRESNE *gloſſarium ad ſcriptores mediae & infimae latinitatis*, volumine primo, tomo primo, columna 214. & volumine ſecundo, tomo tertio, columna 55. beatum Cancellarium HERTIVM volumine ſecundo, *reſponſorum* deciſione CXXXIV. p. 118. 119.

§. XII.

Quemadmodum vero ſeruitus ſenſim laxior fieri coepit *e*); ita non potuit aliter contingere, quam vt operae

e) In cauſſas inquiſiui parte quinta der Kleinen Schrifften p. 139. ſqq.

quoque remissiores fierent. Quuumque successu temporis seruitutis nomen fere cessaret; ope iuris ciuilis, alii ignari, alii osores iuris patrii, libertatem rusticis attribuerunt, hique ambabus manibus eam amplexi fuerunt. Si ergo dominos inuenerunt rustici, rerum suarum & iurium incurios nec tenaces institutorum pristinorum; serui libertatis praesumtione arrepta, quasdam, prout libuit, dominis tantum operas exhibuerunt. Quod dum per aliquod tempus continuarunt; iudex, iuris ciuilis traditis imbutus, eiusmodi rusticos liberos homines credens, eos facile tuitus est in quasi possessione libertatis, &, ignarus pristinae seruitutis Germanicae, dominum abstinere iussit ab exigendis operis indeterminatis. Inde factum, vt permulti nobiles cum rusticis pacta iniuerint, quibus operarum dubia praestatio fuit definita.

§. XIII.

Id quod dixi, exemplo illustratum ibo. Docent plures litterae clientelares, Schenckiis datae, tum veteres, apud LVNIGIVM in *corpore iuris feudalis* prostantes, tum recentiores, parte prima p. 108. der kleinen Schrifften legendae, quod Sereniſſimi Haſſiae Landgrauii Schenckios inuestiant cum castro Hermanstein, & eo pertinentibus hominibus propriis. Didici quoque ex literis, antiquitatem olentibus, omnes huius pagi incolas homines fuisse proprios, ac ideo praestitisse operas indeterminatas. At vero docuit temporis successus, negatam ab ipsis fuisse seruitutem recusatasque operas indeterminatas. Ventum itaque ad lites acerrimas, sed pacto sequenti res fuit demum decisa anno cIↃ IↃcxii, die vicesimo mensis Nouembris sub auspiciis IOANNIS KITZELII academiae GiessenaeCancellarii: Zu wiſſen/als zwiſchen denen Ehrwürdigē/

Geſtren-

Gestrengen und Ehren-Vesten Sämmtlichen Schencken zue Schweinsberg / Hermannsteinischer Linien / an einem / und derselben Unterthanen / Heimburger und Gemeind zu Hermannstein am andern Theil / sich etliche Irrungen und Gebrechen / der **Dienst** ꝛc. halben ereignet / and dann jedes Theil zu Hinlegung solcher Gebrechen einen Beystand und Unterhändler / nemlich die Junckern den Ehren-Vesten und Hochgelahrten **Johann Kitzeln** / beyder Rechten Licentiaten und Professorem in der Universität Giessen; die Unterthanen aber den Ehrenhafften und vorachtbaren **Johann Günthern** / Fürstlich Heßischen Renthmeistern zu Königsberg gebraucht / daß sie uff gepflogene Handlung / und Anziehung jedes Theils rechtsam / nachfolgender massen mit einander verglichen und vereiniget worden: Erstlich die **Dienste** betreffend / nachdem die Unterthanen vorbracht / daß sie vor alters nicht mehr / als **dreyzehen Tage** zum Hauß Hermannstein gedienet / und also **gemessene Dienste** allein schuldig wären; hingegen aber die Junckern eingewandt / daß sie / die Unterthanen niemahls ein Jahr / wie das andere gedienet / sondern **nach Gelegenheit und erheischender Nothurfft** / nach ufferfordern / allerhand Fahr- und Hand-Dienste / am Bauen / Acker-Bau / Holtz / Stein / Kalck / Heu / Frucht- und andere Fahrten / wie ingleichem mit Arten (Ackern) und Fahrten / item zur Flachs-Bereitung / und vielen andern Gebräuchen geleistet hätten / sie auch wegen Nehmung solcher unterschiedener **ungemessener Dienste** in üblichen Gebrauch und Herkommen wehren. So ist es endlich uff allerhand vorgeschlagene Mittel und gepflogene Handlung dahin verglichen / auch von beyden Theilen angenommen und

beliebt worden / daß Sie / die Unterthanen / jedem Hauß zum Herrmannstein jährlichs **zehen** / und also **zwantzig Tag** zusammen / doch also und dergestalt / daß die Acker-Leute jedem Hauß die Helfft / oder fünff / und also zehen Tage zusammen / uff Anweissen der Junckern / wie ein jeder bespannet / fahren; Die übrigen zehn Tag aber / wie ingleichem auch die Einläufftigen ihre **zwantzig Tag** Hand-Dienste leisten / nach Leistung solcher Diensten / von den Junckern / dem Herkommen nach / **mit Essen** / und wie es mit andern Unterthanen hieherum gehalten wird / versehen werden sollen.

Unter welchen Diensten aber gleichwohl die Haltung gemeiner Stege / Wege / Brücken / Mühl-Bau- Jagd-Dienste und Obrigkeits-Folge nicht gemeinet / sondern mit den Unterthanen / wie herbracht / auch hinfürter soll gehalten werden / derentwegen sie / die Unterthanen / den Junckern um einen leidlichen Taglohn vor andern zu arbeiten schuldig seyn. ꝛc. ꝛc.

§. XIV.

Nil clarius ea, qua e dixi, poterit demonstrare, atque nos ad veram originem discriminis inter operas determinatas indeterminatasque deducere. Nec opus esse credo ad manumissionem hic confugere cum CHRISTIANO THOMASIO, tomo quarto *observationum Halensium*, observatione secunda, ANDREA OCKELIO *de praescriptione immemoriali*, capite secundo, thesi decima nona, p. 41, & IOANNE GEORGIO PERTSCHIO *de diuisione operarum in determinatas & indeterminatas*, §. XLIII. p. 33.

§. XV.

Quis enim credat dominos tam prodigos libertatis fuisse, vt totum pagum manumitterent, & libertate donarent,

narent. Fingas etiam hunc illumue dominum quemdam vicum, eiusque incolas cunctos liberos esse iussisse. Quis obsecro argumentum a Caii Titiiue liberalitate ad vniuersam Germaniam traheret? Interea hoc non abnuo, antequam seruus quidam libertatem nactus fuit per manumissionem, eum ad operas vel paucas, vel cunctas, quas imperauerit dominus, sese potuisse obstringere, atque saepius etiam se, ad eas faciendas, obligasse. In eo tamen solo manumissionis genere operarum determinatarum ac indeterminatarum distinctionem reperire nequeo.

§. XVI.

Regula igitur in Germania haec est, operas subditorum fuisse indeterminatas *f)*. Recte ideo clarissimus Vitebergensium antecessor, AVGVSTINVS LEYSER specimine quadringentesimo decimo septimo *meditationum ad pandectas* p. 1081. *operae*, inquit, *rusticae olim omnes indeterminatae fuerunt, hoc est exigi semper, quoties dominus iussit, potuerunt. Ergo adhuc determinatio, si a rusticis allegetur, probanda est.* Consona hisce est philosophia Domini Assessoris DE LVDOLFF in *variarum observationum forensium libro*, observatione centesima quinta p. 278. *Hic*, ait, (scilicet dominus personarum, de quo loquitur,) *quicunque sit, operas indeterminatas postulando, intentionem habet etiam fundatam, donec*

f) Nec est, quod cum GEORGIO BEYERO in *delineatione iuris Germanici* pag. 23. distinguas inter homines proprios, & liberos rusticos, ac in illis praesumtionem operarum indeterminatarum tantum esse statuas. Perillustris Dominus CHRISTOPHORVS HENRICVS DE BERGER *de iure ordinum imperii territoriali circa operas subditorum* §. XVIII. p. 16. existimat in comitatibus Wetterauicis & Rhenanis, inprimis Isenburgensi & Solmensi, subditos ad operas indeterminatas, domino territoriali exhibendas, esse obstrictos.

Digitized by Google

donec aliud probetur. Adſtipulatur vir illuſtris, IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER *de iure & ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae, non Romanis deriuando, ſectione tertia* §. XIII. p. 57. 58., & in opuſculo, quod ſuperiore anno emiſit, *de imperfecta libertate ruſticorum in Germania*. Nec abludit celebratiſſimus propraeſes Wiſmarienſis, DAVID MEVIVS, parte quarta *deciſionum*, deciſione centeſima triceſima prima. Non attinet hic confutare doctorum turbam, quae in leguleiorum chorda oberrat, dum vir eruditus, & qui ſyndici Hildeſienſis munere iam fungitur, IOANNES GEORGIVS PERTSCH, in laudata diſputatione eorum futiles ratiunculas in fumum abire iuſſerit, §. XLIX. & ſequentibus p. 38.

§. XVII.

Vt vero cuncti intelligant, quid ego per operas intelligam, quidque mihi ſignificent determinatae vel indeterminatae? dicam duobus verbis. Operae ſunt ſeruitia ruſticorum, quandoque & ciuium *g*), tam labore corporis, quam iumentis, domino iubenti praeſtanda. *h*)

§. XVIII.

Ratione modi variae ſunt hae operae, vt docet pactum Schenckiorum cum ruſticis Hermanſteinenſibus ictum, ac §. XIII. inſertum, probantque illa, quae parte prima der kleinen Schrifften p. 72. diſſerui. Conſultiſſimus Helmſtadienſium anteceſſor, IOANNES GVILIELMVS de GOEBEL, *in tractatu de iure & iudicio ruſticorum fori*

g) Huius rei exemplum habes parte prima der kleinen Schrifften p. 73. §. LVII.

h) Confer dictam partem primam der kleinen Schrifften p. 72. 73. §. LVI. LVII. & *ſpecimen iuris Germanici de hominibus propriis Germaniae*, quod proſtat parte quinta der kleinen Schrifften.

Digitized by Google

fori Germanici, capite tertio §. VIII. p. 95 eas recte consistere ait in Spann- und Hand- oder Fuß-Diensten. Per Spann- siue Fahr-Dienste omnes eae intelliguntur operae, quae iumentis praestantur. Hand- Fuß- und Hauß-Dienste consistunt potissimum in unterschiedener Hand-Arbeit / verbi gratia, Heu machen / mähen / Getreyde schneiden / solches binden / dreschen / Holtz hauen / und solches in die Küche tragen / kehren / waschen ꝛc. Eo pertinent Bottschafft gehen / hoc est, Briefe und andere Sachen tragen / wachen / jagen / zur Trauer-läuten ꝛc. Spatzier- Hochzeit- und Gevatter-Fahrten *i*).

§. XIX.

Operas indeterminatas voco, quae nec per pactum, nec per obseruantiam ad expressa laborum genera, quamuis ad certa loca determinentur, *k*) non sunt restrictae, sed vel semper, vel certis per hebdomadam diebus, ad domini exactionem praestandae sunt. *l*) Nunc an determinatas PERTSCHIVS, loco citato, §. XLIII. p. 33. recte definiat: quod sint operae, quae a subditis, vel certis saltem diebus,

i) Confer sis huius rei exemplum, quod prostat parte prima der kleinen Schrifften p. 55. nota (*a*).

k) Quod illustraul parte prima der kleinen Schrifften p. 72. §. LVI. Indeterminatae enim non vocantur, quod habeant neque modum, neque tempus, sed quod certa non sit determinatio. Dominus de LVDOLFF loco citato p. 281. numero septimo.

l) Loquor hic, vt metaphysica lingua vtar, non in abstracto, sed in concreto, & iuxta id, quod fiebat vt plurimum in Germania, definitionem efformo. Nam olim, etsi omnes operae indeterminatae adhuc essent, legimus tamen hominibus propriis certos dies ad seruitia exhibenda praescriptos. Locorum, ad quae seruiebant, admodum probabilis quondam videtur fuisse determinatio, etiam in operis indeterminatis.

Digitized by Google

vel certis instrumentis, vel ad certum laboris genus praestari debent? *m*) ex mea definitione patet. Exemplum habes in pacto Hermansteinensi, supra in medium adlato, quod tamen pariter indeterminatarum operarum praebet argumentum. Adde ea, quae parte prima der kleinen Schrifften p. 72. 73. annotaui.

§. XX.

Caue tamen, me saeuitiae & odii contra rusticos incuses, quod ipsis operas, in dubio, indeterminatas imponam. Nam optime monuit Dominus Assessor de LVDOLFF, loco saepius laudato, p. 278. *Appellatio*, inquit, *operarum indeterminatarum non habet significationem adeo crudelem, quam prae se ferunt querelae subditorum, vel consuetudine morosiorum, vel a causidicis ita exaggeratae. Sed in effectu modum habent vel sua natura, vel iuxta morem cuiusque regionis. Excluduntur enim intellectu ipso, quae ad excessum pertinent & saeuitiam sapiunt.* Et pag. 280. *Status operarum indeterminatarum in vnaquaque regione non potest esse talis, ac si omnes & singuli quotidie ad operas vocentur; sed partitio fieri solet, ita vt aequalitas sit inter operarios, neque alter prae altero praegrauetur - - - . Cauidi enim satis sunt rustici in minuendo operarum modum & tempus, & indeterminatas ipso facto*

m) Consultissimus DIETERICVS HERMANNVS KEMMERICH in *accessionibus institutionum iuris ciuilis*, libro primo, sectione quarta, titulo LI. §. XIX. p. 712. 713. determinatas operas aliter definit: determinatae sunt, inquit, vel ratione *qualitatis* tales, quae ad certas species operarum, secundum obiecta & fines definitas; vel ratione *quantitatis*, quae ad certos actus, certis temporibus praestandos, continuandos ac reiterandos; vel ratione aliarum *circumstantiarum*, quae ad certas personas, per quas, aut quibus, ad certas diei horas, certum locum, certa instrumenta, sunt restrictae.

Digitized by Google

facto determinandas. Quocirca si per nimiam domini saevitiam rustici ad incitas ita redigantur, vt ad colendum proprium agrum, vel ad quaerendum victum tempus nullum supereſſe appareat, recte iudex eas determinabit ad boni viri arbitrium, vide LEYSERVM loco citato ſpecimine CCCCXVIII. p. 1084. 1085. Illuſtrat haec concluſum ſenatus imperialis aulici, anno clɔ Iɔcc xxx. datum, in cauſa Comitis de Iſenburg & Büdingen contra pagum Gründau, apud IOANNEM IACOBVM MOSERVM parte ſeptima **der Reichs** ⁊ *Fama*, capite viceſimo p. 470. Wobey dann Ihro Käyſerliche Majeſtät zu dem Impetraten ſich verſeheten / er werde hierunter allenthalben aller billigen moderation in Anſeh ⁊ und Abforderung derer Fronen ſich gebrauchen / und die Billigkeit dergeſtalt fürtringen laſſen / damit ſelbige nicht nach denen äuſſerſten Kräfften derer Unterthanen genoſſen / ſondern ſolchergeſtalt eingerichtet werden mögen / daß die Unterthanen noch ferners bey ihrer Nahrung erhalten werden können / geſtalten im wiedrigen unverhofften Fall / und da dieſem ungeachtet die Unterthanen einige begründete Beſchwerden in das künfftige zu führen Urſach bekommen ſolten, Ihro Käyſerliche Majeſtät nicht entſtehen würden ⁊ ⁊ ⁊ ⁊ ⁊ dem inſtändigen Bitten derer Unterthanen dermahleinſt zu deferiren / und die ungemeſſene de aequo & bono zu verwandeln ꝛc. Vel ſi modus mutetur, & grauior inducatur; tunc iudex determinabit rem. Probat hoc ſententia ab auguſtiſſima Camera anno ſuperiore 1733. menſe Maio lata, & ab ampliſſimo viro IOANNE IACOBO ZWIRLEIN, Camerae Procuratore, iurium, inprimis Cameralium conſultiſſimo, mecum benevole communicata. Eius tenor hic eſt:

IN Sachen der Gemeinde Meinegeringhausen Appellanten eines / wieder Georg Friederich von Gaugreben / Appellaten andern Theils; Ist Dr. Schmid sein der non devolution halber beschehen Begehren abgeschlagen / sondern diese Sach von Amts-wegen für beschlossen angenommen / und erkannt / daß durch voriger Instanz Richtern übel geurtheilt / wohl davon appelliret / derowegen solche Urthel zu reformiren seye / dergestalt und also / daß „ Appellat von Gaugreben / wann er weder mit dem vor „ seiner Belehnung für die Meyerey-Dienste gezahlten „ Geld-quanto ad 128. Rthl. noch auch mit der in [33.] & „ [42.] benahmter Anzahl der Dienste hinführo sich zu „ begnügen nicht gemeynet / er gleichwohlen die appelli„ rende Gemeinde Meineringhausen mit mehreren Dien„ sten / als selbige / wann sie den Fürstlich Waldeckischen „ Ambte Landau annoch incorporiret wäre / an jetzt-besag„ tes Amt praestiren müste / zu grauiren / **und die Meye„ rey-Diensten gegen das alte Herkommen auff „ anderthalb Tag in jeder Woch zu setzen / nicht „ befugt / sondern selbige bey der** Proportion **wor„ in sie vormahls zu der Fürstlichen Meyerey zu „ dienen verbunden gewesen / zu belassen /** auch / was er Appellatus, darüber durante lite an Diensten erweißlich genossen haben möchte / denen Eingesessenen zu vergüthen schuldig und darzu zu verdammen ꝛc. ꝛc.

§. XXI.

Iam ad conclusiones, quasdam, ex iis, quae stabilii, profluentes. Sic falsum est axioma: operas rusticas stricte esse interpretandas. *n*) Bene AVGVSTINVS LEYSER,

n) Exemplo notatu plane digno hoc docet amplissimus Tubingensium

SER, loco citato, p. 1074. castigauit eos, qui hic temere ad L. 20. *de regulis iuris* conuolant. Male vero ipse decidit, dum fundamentum huius regulae in fictitio & cerebrino cleri vetusti odio seruitutis ponit, atque ideo operas strictae interpretationis esse statuit. Nec ego rusticos ab excubiis, quas domino, vxoriue eius, aegrotantibus debebant, in puerperio dominae & in morbo nurus dominicae praestandis, putem absoluendos. In eo vero iterum bene iudicat LEYSER pag. 1076. quod rustici ad operas aedilitias obligati, tigna, quae propius, attamen maiori pretio haberi possunt, ex locis longinquioribus aduehere cogantur. Nec placet axioma, quod rustici ad operas manuales obligati, operas, cum equis domini praestandas, detrectare queant. Id vero rectissime se habet, quod perillustris Dominus IOANNES BALTHASAR de WERNHER in *enunciatis iuris*, enunciato centesimo nonagesimo p. 361. docet, eos nimirum, qui operas aedilitias, Bau-Dienste/ debent, etiam aquam, ad aedificandum necessariam, aduehere debere. Potiora operarum aedilitiarum

sium iureconsultus, WOLFGANGVS ADAMVS SCHOEPFIVS, *selectarum decisionum & resolutionum Tubingensium*, decisione vndecima p. 95 - - 103. Speciem, quam proponit, ad liberos Barones de Thann pertinere suspicor, ac ita sonat: Es prætendiret eine ohnmittelbare Bauerbschafft in Francken von ihren Amts-Unterthanen die Fronen zu einer Alten und neuen Gang an die Burg / welche sich aber deren weigern ꝛc. Vbi rusticos condemnatos legimus, decisio Tubingensi. Huc quoque facit conclusum augustissimi senatus imperialis parte prima der mercklwürdigen Reichs-Hoff-Raths conclusorum numero CCXL. in causa Bibraischer Unterthanen zu Hochheim contra von Bibra / vbi p. 409. ad operas indeterminatas referuntur die Calesche Anspann- und Wein-Fuhren.

capita recenſet GEORGIVS BEYER in *poſitionibus Pandectarum* p. 499. nota (*a*), quo benevolum lectorem abire rogamus.

§. XXII.

Circa computationem temporis, ad operas ruſticas deſtinati, ad pacta vel conſuetudinem recurrendum erit. Quodſi eam ruſtici transgredi & mutare ſatagant, coercendi & ad officia redigendi erunt. Sin dubia res ſit, eo tempore ad operas ruſticas, verbi gratia, Heu-machen/ oder mähen/ Korn ſchneiden ꝛc. abire debent, easque ordiri, illa hora & tempore, quo ad proprium laborem pagi incolae venire ſolent. *o*) Idemque de hora finiendarum operarum iudicium eſto.

§. XXIII.

Praeterea ruſticos, qui caſtro vel burgo domini aedi-ſitias operas debent, eo caſu, ſi caſtrum flamma perierit, obligatos credo ad operas nouo aedificio, quod dominus

o) Argumentum ſumſi a concluſo ſenatus imperii aulici, anno clo Iocc xxx. lato in cauſa Comitis de Iſenburg & Büdingen contra pagum Gründau. Legitur apud celeberrimum IOANNEM IACOBVM MOSERVM parte ſeptima der Reichs-Fama, capite viceſimo p. 468. ſondern es würden auch die Unterthanen zu Leiſtung derer benöthigter Fronen zur Herrſchafftlichen Mühlen und Wirths-Hauß/ auch Heu-machen im Schuler-Grund/ ingleichen zu Verrichtung der Wein-Fahrten . . . hiemit angewieſen/ und anbey alles Ernſtes erinnert/ künfftighin bey angeſagten Frönen nicht nur zu rechter Zeit zu erſcheinen/ ſondern auch währender Fron-Zeit denjenigen Fleiß/ mit welchem ſie ſich ſelbſt zu arbeiten pflegen/ anzuwenden ꝛc. Apud Hohenzollerianos, in Hechingenſi, hora matutina ſexta & eadem hora veſpertina operae incipiunt, & finiuntur, vt patet e Domini MOSERI Reichs-Fama, parte quinta p. 19.

Digitized by Google

nus prope caſtrum, in eodem pago exſtruit, exhibendas *p*). Idem ſtatuo, de reparando caſtro, vel foſſa noua muniendo. Adde hic BEYERVM §. XXI. citatum.

§. XXIV.

Ad haec cum grano ſalis intelligenda veniet doctrina LEYSERI p. 1086., quod operae etiam certae & determinatae, quibus ruſtici vltra modum onerantur, minui a iudice poſſint; in operis autem principi debitis hoc iudici non liceat. Summa enim imperii tribunalia hoc non concedent auctori.

§. XXV.

Operis non indictis haud praeſcribi recte ait perilluſtris dominus IOANNES BALTHASAR de WERNHER in *enunciatis iuris*, enunciato CLXXV. p. 336. Ita ruſticos, qui ſtatis ſuis diebus extra pagi territorium ſeruitia iumentis praeſtiterant, quod per longum tempus ea non peregerant, non debuiſſet abſoluere quidam iudex *q*). Vti nec

p) Nihil enim prohibet, quin operae reſpectu vnius loci debitae, etiam reſpectu alterius loci exhiberi debeant, SCHOEPFF loco citato, p. 102. numero 26. Neque enim requiritur, vt aedificia vno tecto contineantur; ſed ſubditi dominis ſuis operas aedilitias praeſtare debent, quamuis aedificia inuicem incluſa haud ſint, vt docet perilluſtris Dominus de WERNHER in *ſelectis obſeruationibus forenſibus* parte quarta, obſeruatione XXVIII. p. 158. & in *ſupplemento nono* part. IV. obſeruatione quinquageſima octaua pag. 463. Hinc etiam operae ad vnam praedii partem ſub qualitate pertinentiae a ruſticis praeſtitae, efficiunt poſſeſſionem vel quaſi, etiam quoad alias illius partes homogeneas, *Idem* parte ſexta *ſelectarum obſeruationum forenſium*, obſeruatione CCC. LXVIII. p. 605.

q) Quaeſtio erat: numquid ruſtici, qui e ſilua domini ad ligna vehenda

nec litteras ferre ii recuſare poſſunt, qui olim eas tulerunt, haben Bothen-Gänge gethan / ſed, quia dominus non imperauit, per multos annos id non fecerunt.

§. XXVI.

Bene hoc de argumento decreuerunt Marburgenſes, vt patet e tomo primo der kleinen Schrifften p. 72. 73. §. LVI. Placet mihi ſententia beati domini DE BERGER in *oeconomia iuris* p. 55. nota duodecima, vbi ait operis negatiue, ſiue priuatiue praeſcribi non nudo non vſu, L. 2. *de vſu & vſufructu legato*; ſed ex eo demum die, quo indictae exactae, nec praeſtitae ſunt, argumento L. 7. eodem. Similis eſt opinio IOANNIS BRVNNEMANNI in *commentario ad pandectas ad L. 1. de operis ſeruorum*, numero 6. p. 461. Hinc vſus operarum, ob bellum intermiſſus, non ceſſat in poſterum. Nec vaſallus, eas per longiſſimum tempus non exigens, aut negligens, neque domino feudi, neque agnatis affert praeiudicium, vt probe obſeruat LEYSER p. 1097. ſpecimine CCCCXX. Interea neque princeps remittere poteſt ruſticis operas, quas debent priuatis.

§. XXVII.

Quibus ita rite perpenſis certiſſimum fore exiſtimo, quod prona veritate pro ſubditis in dubio nemo facile militet cum cerebrina & imaginaria eorum libertate. Firmabo hanc meam ſententiam auctoritate auguſtiſſimi ſenatus imperii aulici. Hic, vbi lis oritur inter dominum & ſubditos, operarum intuitu, ruſticis iniungere ſolet, vt durante lite operas, de quibus controuerſia eſt, praeſtent domino. Ita in cauſſa Ludouici de Weyler contra ſubditos ſuos

vehenda obligati ſunt, ea in vrbem vicinam, quod olim fecerant, vehere debeant? Negauit iudex ruſticos ad hoc eſſe obſtrictos.

suos in Weyler & Eichelberg decretum legimus parte prima der merckwürdigen Reichs-Hof-Raths conclusorum p. 64. 65. Fiant patentes an die Unterthanen zu Weyler und Eichelberg ꝛc. dabeneben die behörige Fron-Dienste und andere praestanda an den von Weyler ohnweigerlich zu leisten. Quod si non paruerint subditi, atque praestiterint operas; executio in ipsos decernitur, vt in eadem causa factum legimus, loco citato, p. 67: hiernächst die dem von Weiler in statu possessorii gehörigen Unterthanen-praestationes, besonders Fron-Dienste - - - executive - - beyzutreiben ꝛc. Huc faciunt rescripta Caesaris Iosephi in causa Comitis de Solms & Braunfels contra subditos comitatus Hoyngensis, operas facere recusantes, quas exhibet beatus pro-cancellarius, IMMANVEL WEBER in opusculo *de rustico seditioso*, in appendice. Quibus addas velim, quae Dominus Assessor de LVDOLFF in *commentatione systematica de iure camerali*, sectione prima, §. X. numero XXXIX. p. 149. memoriae prodidit.

SECTIO SECVNDA.

De licita redemtione & mutatione operarum.

SYNOPSIS.

§. I. Maiores nostri redemtionem operarum licitam esse statuerunt. Quod probatur fide diplomatum.

§. II. Demonstratur porro.

§. III. Remouetur dubium, a vilissimo pretio, pro redemtione, sumtum.

§. IV. & V. Quod pristinis Germanis hac in parte licitum; id hodiernis permissum censetur.

§. VI. Merita illustris GROLMANNI.

§. I.

VT nunc ad argumentum illustris AVCTORIS nostri pedem promouеam, quae mihi hoc de argumento sedeat opinio, paucis aperiam citra ambages. Dum vero

versamur in causſa ex institutis Germanorum profluente, atque Romanis incognita; necesse est, vt ante omnia maiorum nostrorum hac de re sententiam exploremus. Si quidem vetus instrumentum, quod NICOLAVS SCHATEN *in annalibus Paderbornensibus* communicauit, atque ex hoc notauit Clarissimus IOACHIMVS POTGIESER, inspiciamus; patebit redemtionem operarum in vsu fuisse Germanis. Monimentum, anno clxxxvi. scriptum, ita habet: *praeterea talem iustitiam litones non vxoratos volumus, vt vno anno duobus solidis leuis monetae seruitium suum* redimant, *sed indigentiae & vtilitati suae consulant: femineo autem sexui* redemtionem *duodecim leuium numorum statuimus.*

§. II.

Confirmatur hoc, atq; clarissimis verbis probatur charta Chrodegangi, Metensis episcopi, quam dedit anno DCCLXV: *debent foenum secare, & in horreum ducere, angariam vsque ad flumen Sarae, aut pro* redemtione *decem denarios.* Clarissimum aeque testimonium perhibet CHRONICON LAVRISHEIMENSE *in descriptione hubarum ac pensionum ad curiam Furde pertinentium*, cuius verba ita fluunt: *redemtio vero operum, quae ex his hubis principali curiae* im Fürden *tribus in anno mensibus, videlicet Maio, Augusto, Septembri iure exhibentur, satis est in Varenberg. Sex hubae soluunt his singulis mensibus singulae sex denarios, in Fürde vndecim hubae singulae tres denarios in Crumbach vndecim simul tres denarios.* Confer ANDREAM OCKELIVM *de praescriptione immemoriali*, capite secundo, thesi XII. p. 33. Plura exempla & chartae & temporis angustia dare prohibent.

§. III.

Ne autem obiicias, dicasque, has probationes vel ideo nullius esse momenti, quoniam inter operas & vilissimum pretium

pretium nulla comparetur proportio, atque haec minus bene inter se conueniant; scias velim pretium olim vilissimum in Germania, ob argenti penuriam rebus statuum fuisse; id quod probauit parte tertia der kleinen Schrifften p. 710. 711. Cui vero mea non faciunt satis, eum convincet celeberrimus IOANNES GOTOFREDVS de MEIERN in erudito opere, quod vocat Gedancken von der Rechtmäßigkeit des sechsten Zinsi-thalers in Teutschland / p. 17. & sequenti, nec non GVILIELMVS ERNESTVS TENZEL in den monatlichen Unterredungen auff das Jahr 1695. p. 223. & sequentibus.

§. IV.

Quum vero maioribus nostris operarum redemtio & aequa & iusta & licita visa fuit; ego profecto comprehendere non possum, quid obstet, quo minus hodie dominis liceat operas mutare & eorum loco pecuniam sumere? At vero hanc sententiam qua plurimis superioris aeui iureconsultis displicere video. Nec cessant hodierni iuris periti contra mutationem operarum, tanquam pro aris & focis, depugnare. In eorum numero fuisse videtur illustris IOANNES NICOLAVS HERT, vt e volumine secundo *consiliorum & decisionum*, decisione CLXVIII. suspicor. Doctissimus AVGVSTINVS LEYSER specimine quadringentesimo decimo nono *meditationum ad pandectas* p. 1088. eo procedit, vt pro operis pecuniam rusticos nec offerre, nec dominos exigere posse statuat. Idemque locatori praedii, qui operae aestimato addictae fuerunt, quamuis iis vti non possit, denegat. Similis est doctrina GEORGII BEYERI in *positionibus pandectarum* libro septimo titulo I. VII. §. XXV. p. 208. & p. 499. §. VI. & EuD. MENCKENII in *synopsi theoriae & praxeos pandectarum* titulo *de operis libertorum* §. VII.

pag. 774. nec non DIETERICI HERMANNI KEMMERICH in *accessionibus institutionum* p. 714. §. XXVII. qui tamen eum excludi vult casum, quando alias operae domino plane inutiles futurae appareant; tunc enim concedit earum mutationem in pecuniam. Omnino quoque negat earum redemtionem CHRISTIANVS THOMASIVS in *notis ad singulos pandectarum titulos*, libro septimo titulo VII. p. 119. alii.

§. V.

Potissima negantium ratio nititur L. 1. C. *de operis libertorum*, & L. 5. C. *de agricolis & censitis*. Quae leges vti de Romanis agunt, & non de Germaniorum rusticis autem ab eorum rusticis hac in re toto, quod aiunt, coelo differunt, (§. VIII. sectionis primae); ita hac in parte a Romanis ad Germanos tam firmum argumentum ducitur, ac si ab Europaeorum facie ad Afrorum colorem concludere vellem.

§. VI.

Sed mihi, dum haec scribo, succurrit, me non dissertationem, sed praefationem confecisse. Quare benevolo lectori pluribus molestus esse nolo, quin potius utilissima illustris GROLMANNI opuscula de *operarum debitarum mutatione* etiam atque etiam commendo. Tanta enim huius viri apud nos erat existimatio, & longe amplissima auctoritas, vt nomen eius tum Aulae, tum Academiae, inprimis Facultati, tribunalibus & discipulis hodienum sit desideratissimum. Tam magna ingenii vi & promtitudine volebat, vt corpus iuris non legisse, sed imbibisse, & in succum & sanguinem conuertisse videretur. Quo maiore autem legum peritia, qua gaudebat, instructus erat; eo maiore, & vsu rerum subacto pollebat iudicio, tam in consulendo, quam in respondendo ac decidendo, vt nesciam an ingenii docilitas ac felicitas iudicii acumen, an hoc illam vicerit? Inde facile factum, vt scripta eius mira cupiditate legerentur, atque intra aliquot annorum spatium frustra quaererentur in tabernis nostris librariis. Bene fecit ergo vir bonus, EBERHARDVS HENRICVS LAMMERS, vt trigam hanc dissertationum prelo iterum committeret. Quamuis ego institutum eius non prius resciverim, quam vbi ex operis eius iamiam exierant, eo, quo nunc eas vides, habitu. Vale. Scribebam

Giessae die XVI. Aprilis cIↃ IↃcc xxxiv.

DISSER-

6 a

DISSERTATIONIS JURIDICÆ

DE

OPERARUM

DEBITARUM MUTATIONE,

Von Veränderung der ſchuldigen Dienſte/

PARTEM PRIOREM

IN INCLYTA ET FLORENTISS. ALMA LVDOVICIANA

SUB PRÆSDIO

DN. MELCH. DETHMARI GROLMANNI,

JCTI, UT ET PROFESSORIS JURIS ORDINARII LONGE CELEBERRIMI,

IN AUDIT. JCTORUM SOLENNI

DIE XXII. DEC. MDCCVII.

PUBLICO ET PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI EXHIBET

OTTO HENRICH DE SCHADE,

IN HUNDLOSEN, EQUES GUESTPH.

GIESSÆ,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr. 1734.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Si illud præcipue Thema, quod non in otiosis ingenii contemplationibus ac inanibus mentis argutiis subsistit, sed ad ulteriora progrediendo, ea quæ in ipsis rerum argumentis obtinent, perspicue tradit, & singularem cunctis, tam in theoria quam praxi versantibus, utilitatem spondet, Cathedra dignum reputatur, in electione præsentis nos nullatenus à meta aberrasse confidimus; Enimvero sive hujus amplitudinem, magna sui parte causas Publicas & Privatas, Seculares & Ecclesiasticas, Allodiales & Feudales, Solitas & Insolitas, in medium producit, scrutatur, determinat, & ambitu suo complectitur: Sive illius difficultatem, nescio an non cum ex vario, Publico ac Privato, Scripto & non Scripto jure, decisio casuum hoc in negotio sæpe occurentium petenda, imo non raro moris patrii ratio habenda sit; alias ad minimum materias exæquet, si non exsuperat? sive denique hujus ubertatem intueamur, sicuti enim ferme per universum totius Germaniæ tractum, operarum usus de quibuscunque demum, Vulgaribus, Aulicis, Eminentibus, aliisve loquamur, frequentissimus existit, ita non possunt non (id quod fora & judicium tribunalia passim testantur quotidiana subditorum circa aggravationem Superiorum,

vicissim Dominorum erga debitores servitiorum morosos, quique licitam casibus evenientibus mutationem torvo oculo aspiciunt, & nescio quam sibi injuriam, quodque præjudicium generari imaginantur,) querimoniæ oriri, ut si nullum juris Caput, singulare in praxi commodum ostentat, certe hoc opimam Judicibus, causarumque Patronis segetem promittat: Et hæc quoque causa fuit, cur nos in hac CIRCA OPERARUM DEBITARUM MUTATIONEM *institutâ* DISQUISITIONE *operam qualem qualem impenderimus Optassemus equidem plures ex jure Germanico speciali suppetias, verum hîc destituti, pleraque secundum præcepta juris Communis, quæ universalem obligandi vim, nisi jura provinciarum singularia contrarientur, obtinent, definienda fuere. Et quamvis totum hoc Argumentum una dissertatione juxta manuductionem & ductum* DNI PRÆSIDIS *absolvere constitueram, quia tamen sub manibus, præter intentionem, excreverunt paginæ in duo materiam hanc, separata membra, ut prius, duobus capitulis* MUTATIONEM ILLICITAM, *posterius totidem* LICITAM *comprehendat, methodo arbitraria dispescere, consultius visum fuit. Habes igitur B. L. Priorem dissertationis partem, quam ut serena fronte suscipere, & alteram brevi expectare digneris, est, quod obnixe contendimus.*

CAP. I.

Digitized by Google

CAPVT I.

Generalia Thematis, ejusque Nominalem & Realem Definitionem continet.

SUMMARIA.

INtentionem Autoris quomodo circa materiam hanc versari velit §. I. exponit.

Varias Operarum acceptiones §. II. enarrat & an argumentum à libertis ad rusticos moderni temporis recte ducatur? inquirit.

Quid nobis sint Operæ? itemque eas non constituere solum munus mixtum in §. III. contra communem sententiam adstruitur.

Quibus nominibus in Germaniæ provinciis indigitentur §. IV. declarat.

Quid per τὸ debitas §. V.

Et per mutationem in rubr. intelligamus? §. VI. innuit.

Definitionem thematis cum explicatione §. VII. proponit.

§. VIII. Mutationem in eam quæ circa operas Allodiales & Feudales, utrasque vel vulgares aut Eminentes evenit considerat.

§. IX. Mutationem iterum aliam esse definitarum aliam operarum indefinitarum hancque vel absolute & simpliciter aut respective & secundum quid talem, contra, quam alii docent.

Reliquas huc spectantes divisiones §. X. insinuat.

§. I.

DUm præsentis, moribus non saltem Germanorum, sed & aliarum nationum accommodatissimi, casuum varietate, & materiæ amplitudine fertilissimi, rerum vero difficultate ac negotiorum pondere graviſſimi quod tractandum suscepimus, thematis, qualem delineationem adumbrare, apud nos

conſtituimus, operarum debitarum originem, earum in Imperio progreſſum, naturam denique & effectus operoſe & multa cum temporis tum laboris iactura recenſere, tanto minus ſcopo noſtro conveniens eſſe arbitramur, quanto notius eſt, plures jam tum in Republ. literariâ Viros, veluti Stamm. *de Servit. Perſonal.* Huſan. *de Homin. Propriis.* Fromman. *de Operis ſubditorum & maxime ruſticorum.* Jonam Eucharium Erhard *de Operis Ruſticor.* Joh. Franc. Balthaſ. *de Operis ſubditorum*, & noviſſime Dn. Georg. Engelbrecht *de Operis Ruſticorum*, hæc omnia integris Diſſertationibus, Tractatibus & Commentariis expoſuiſſe, ornaſſe, deduxiſſe & illuſtraſſe. Igitur eo tantum noſtra collimat intentio, ut, quod de præſenti argumento leviter & ſparſim a DD. tactũ, nullibi autem ex profeſſo enucleatum eſt, in parvum quaſi faſciculum colligamus, itaque jus Dominorũ erga ſubditos vel ſervitiorum debitores, horum viciſſim erga Superiores, uno intuitu, quoad vires patiuntur, clare ob oculos ponamus

§. II.

Operarum vero vocabulum non pro ſtudio, uti in *L. 1. ff de J. & J.* ſolertia veluti in *L. 8. pro Socio* aut beneficii præſtatione, ut in *L. 1. ſi Menſ. falſ. mod. dix.* nec pro diurno officio capimus, uti communiter operæ libertorum juxta Imperatorem, *in L. 1. ff. de Oper. Libert.* deſcribuntur. Non quidem eo ſenſu, ac ũ hæ nunquam nocturno tempore præſtentur, ſed quod regulariter & plerumque de die expediantur *L. 1. & 3. de Oper. Libert. L. 22. eod. junct. L. 20. §. 5 de Stat. Liber.* quod & videtur ſenſiſſe Dn. Lauterb. *in Coll. Theorico Pract. tit. de Oper. Libert. §. 2.* Engelbr. *de Oper. Ruſtic. th. 23.* Diem autem non civilem, qui a media nocte initium ſumit, & ſequentis noctis media parte finitur. *L. 8. ff. de Feriis.* Sed naturalem, qui ſpatium temporis ab ortu usque

ad

ad occaſum ſolis complectitur, intelligimus. *Cap. ſi perſodiens 3. X. de Homicid.* arg. *L. 1. C. de Cuſtod. reor.* Vid. & *L. 2. §. 1. de V. S.* ibique Gœdd. *n. 7. & ſeqq.* Indeque etiam ad Operas Ruſticorum moderni temporis non improbabiliter argumentamur Brunn. *ad L. 1. C. de Oper. lib. n. 3.* Balth. *de Oper. Subdit. C. 3. p. 37.* Erhard. *d. l. concl. 6. lit. A.* quamvis inſuper ad principia patriæ reſpiciendum, & magna cum animi diſcretione hic ſæpius procedendum eſſe non negaverim. Schilter *Exerc. ad Pand. 41. §. 41.*

§. III.

Sed, quia operæ modo dictæ ita præſtantur, ut debitores meridiano tempore quiete frui, & valetudinis rationem habere queant *L. 26. de Oper. Libert.* vitæque periculum ſubire non cogantur. *L. 16 pr. & L. 17. eod.* qualia ſervitiis feudalibus, quæ non minus ac prædicta complectimur, nullo modo (etſi alias non infrequens argumentorum a libertis ad Vaſallos ducatur. vid. *L. 21. & 32. de Oper. Lib.* D. Lauterb. *Colleg. Theor. pr. tit. de Oper. Lib. §. 4. & 6.*) conveniunt; in iis enim ubi militaria ſunt, nec temporis, valetudinis aut vitæ cura habetur. Hinc nobis in laxiori paulo ſignificatu præſtationem muneris ſeu miniſterii ad alterius utilitatem vel emolumentum factam, in rubrica denotant. Vid. Kohl. *de Servitiis Feudal. n. 1. & 2.* Schilt. *Ex. ad ff. 41. §. 40.* & licet communis DD. Schola, operas ad munus mixtum, eo quod poſſeſſionis intuitu perſonæ imponantur, & ad eas obligatus præter laborem ſumtus, ſuſtinere cogatur. *L. fin. §. 26. & 27. de Muner. L. 18. & 20. de Oper. Lib.* referre conetur. Erhard. *de Oper. Ruſtic. Concl. 6.* Balth. *de Oper. Subdit. C. 1. p. 7. & C. 4 p. 73. ibique alleg.* tamen cum operas in quibusdam Germaniæ locis forte vi Jurisdictionis & Subjectionis debitas quilibet etiam prædia non poſſidens,

præſtare

præstare teneatur. Erhard. *d. l. Concl. 19.* interque eas excubias, custodem ad portas, vel nuntium &c. agere, recenseantur, qualia sine dubio muneribus personalibus annumerantur. *L. 18. §. 10. de Mun. & Honor.* Struv. *Exerc. 50. th. 63.* Balth. *d. l. c. 11. p. 291.* imo in plerisque Westphaliæ locis hominum propriorum liberi, etsi villam non possideant, tamen Domino antequam ad libertatem pervenire queant, per integrum annum gratis servire cogantur, Doctores præterea, rusticos, qui vel nullum vel non multum agri possident, veluti Handfröhner/Hintersättler/Brinckſitzer/Söldner ꝛc. ad operas manuales teneri constanter asseverent Vid. Fritsch. *Tract. de Jur. Pagor. C. 8. th. 7.* Struv. *Ex 3. n. 24.* Hinc priori sententiæ simpliciter & indistincte subscribendum non esse, facile patescit. add. Fromman. *de Subditor. & Rusticor. Oper. §. 5.* idque etiam Recess. inter Serenissi. Hass. Darmst. Landgr. & Subditos Districtus Grissensis erectus in pr. ibi: wegen der ohngemessenen real- und personal-Frohn-Dienſten ꝛc. luculenter comprobatum exhibet.

§. IV.

Operæ quoque variis apud Germanos indigitantur nominibus, modo Dienſte ut in Westphalia etiam aliquando in Hassia add. *cit. Recess. Hass. §.* Ein Tag bey Fürſtenlagen. ibi: Alle übrige Dienſte aber / & *§.* Unſere Unterthanen. It. §. Mehrbesagte Unſere ꝛc. It. Frohn/Frohndienſte, veluti in Suevia, Hassia aliisque circumjacentibus regionibus Wehner. *in Observat. Pract. voce* Dienſt. Erhard. *d. Tr. Concl. 6. lit. A.* Husan. *de Homin. Propr. C. 6. n. 53. dict. Rec. Hass.* passim, alibi Scharwerck / ut in Bavaria, Ducatu Superioris Palatinatus. vid. Fromman. *de Operis Subdit. & maxime Rustic. punct. 1. §. 3. & 4.* & Episcopatu Frisingensi Balth. *C. 2. p. 39.* Robwold. in Archi-Episcopatu Salisburgensi,

genſi, Auſtria, Styria, Carinthia ac Carniola Balth. *d. l. p. 39.* inſuper Herrn-Dienſte / quaſi operæ Dominis debitæ, in Ducatu Brunſvicenſi & Luneburgenſi nuncupatur, & hanc appellationem ipſi rei convenientiſſimam arbitratur Engelbrecht *de Oper. Ruſticor. §. 22.*

§. V.

Debitarum vero in rubrica meminimus operarum, & eo ipſo obligationem intuitu ſervitiorum omnino firmam, non tantum præſupponimus, ſed inſuper nos cauſas, ex quibus earum præſtatio fluit, in medium non eſſe prolaturos, ſufficienter innuimus: ſive autem per τὸ *DEBITAS* ſolitas & conſuetas cum Gylmanno, *Rer. Judicat. Lib. 2. Dec. 4. n. 11.* communes cum Erhard. *d. Tr. Concl. 6. lit. A. in fin.* ſive actu conſtitutas, aut ſaltem promiſſas intelligamus, parum refert: debendi enim verbum, his omnibus, uti ex infra dicendis apparebit, commode applicatur. *L. 178. §. f. de V. S.*

§. VI.

Dictorum in §. præced. veritas ex verbo *mutationis*, quod in rubrica ultimum locum occupat, apprime clareſcit, cum enim juxta notiſſimam juris diſpoſitionem, omnis privatio præſupponat habitum *L. 20. Ex quib. cauſ. Maj. L. 208. de R. J. L. 116. de V. O.* neceſſe eſt, ut exiſtentiam operarum quarum mutationem indagamus, omnimodo prærequiramus. Et quamvis τὸ *mutare*, nobis non ſit idem, quod non referre, non obeſſe, non intereſſe, prout *nec mutat. in L. 52. §. 2. de Fidejuſſ. L. 11. Uſufr. quemadm. cav. L. 3. §. fin. de pecul. & L. 36. §. 1. de Teſtam. milit.* ſumitur, tamen illud quoque obſervari meretur, mutationem non tantum tunc fieri, quoties ſpecies præſtationis, ſeu id quod ante erat in obligatione, penitus alteratur, uti vocabulum hoc communiter in jure audit. Vid. *pr. J. de Cap. Dim. L. pen. de Jurisdict. Rubr.*

Rubr. & L. un. C. de mutat. nomin. sed etiam quoties eadem specie manente, vel aggravatio vel diminutio contingit, negari siquidem nequit quin priori modo jus subditorum, posteriori Dominorum detrimentum patiatur, imo quoties in qualitate vel operarum circumstantiis, variationem advertimus, toties mutatam servitiorum præstationem dicemus. *arg. L. 75. & L. 125. de R. J. L. 8. C. de Novat.*

§. VII.

Sicuti autem in rebus, quæ per se patent, accuratam tradere definitionem, per quam difficile est, ita idem in præsenti materia nobis ferme accidit, quid enim mutatio operarum sit, ex vocabulorum horum positione tam evidenter, ut vix clarius exprimi queat, patescit. Tentabimus tamen an aliquam hujus thematis descriptionem in medium proferre possimus. Sit igitur *Servitiorum jure præstandorum legitimis ex causis in totum vel in tantum facta alteratio.* Dicimus (1) *Servitiorum,* non quatenus hoc verbum proprie denotat apud bonos scriptores teste Calvin. *in Lexico Juris* voce *Servitium.* Officium servile, sed prout synonimum operarum exprimit. *2. F 51. §. 7.* Balth. *de Oper. Subdit. C. 3. p. 38.* (2) *Jure præstandorum*, ut operas debitas complectamur. (3) *Legitimis ex causis*, unde omnem viam facti, eosque modos, quibus invita justitia ministeria subditis extorquentur, eliminamus. Denique (4) *in totum vel in tantum* &c. ut omnes species mutationis in §. 6 recensitas una conti. neamus.

§. VIII.

Jure Romanorum operæ in *Officiales* & *Artificiales* seu *Fabriles* dividuntur, *L. 26. de Oper. Libert. Illæ* sunt, quæ personæ ministerio expediuntur, & Patrono qua tali exhibentur. *lib. 9. §. 1. L. 10. lib. 11. L. 22. & 24. de Oper. Libert.* utpote negotia Patroni gerere, cum ipso morari. *L. 20. §. 1. L. 38.*

Digitized by Google

L. 38. §. 1. de Oper. Libert. *Hæ* in artificio consistunt. Vid. *L. 7. §. 5. L. 1. 69. §. 1. L. 26. de Oper. Libert. L. 65. de Legat. 3.* Struv. *Ex. 37. th. 62.* Moribus vero Germanorum sicut ab objecto seu re, intuitu cujus præstantur, aliæ *Allodiales*, quæ occasione allodii, & *Feudales*, quæ respectu rei qualitate feudali affectæ debentur, vulgo Lehen- u. Ritter-Dienste. Utræque vel *Vulgares*, quæ quibuscunque Dominis deberi possunt, veluti arare, seminare, triturare, (quamvis hæ non ab omnibus feudis, sed tantum rusticis præstari soleant. Vid. Coccej. *Dissertat. de eo, quod justum est circa Rusticos in Mat. feud. Cap. 3. §. 18. cum seqq.*) vel *Aulicæ*, vulgo Hoff-Dienste/ quæ ad aulam Domini præcise sunt præstandæ: exempla harum operarum passim occurrunt, ita quidem ut rustici, quando Princeps in certo quodam Palatio commoratur, quicquid ad aulam ejus sustinendam necessarium est, convehere teneantur, de cætero ab aliis servitiis immunes existant. add. Franzk. *L. 2. Resol. 15. n. 4. & 36.* Aliæ denique *Eminentes*, inde dictæ quod ex sublimiori & excellentiori principio fluant, v. gr. quæ in consequentiam superioritatis territorialis debentur, quo & Angariæ & Parangariæ, (quæ sunt præstationes ob repentinum aliquod emergens, vigore juris territorialis a Regionum Dominis Subditis indictæ, præstandæ equis, plaustris, manibus, navibus vid. *tot. tit. C. de curs. publ. & Ang. & Parang.* Seckendorff. Teutscher Fürsten Staat *Part. 3. cap. 3. Reg. 9. Q. 3.* Myler. *de Princip. & Stat. Imper. P. 2. C. 7. 2.* teste Frantzk. *c. l.* add. Fromm. *de Oper. Subdit.*) spectant. Ita quoque circa hæc omnia servitia, uti ex infra dicendis patebit mutatio contingere poterit.

§. IX.

Sic porro ratione Quantitatis, veluti circa operas *certas, limitas, restrictas seu determinatas*, gesetzte und gemessene

Dienſte / (quales non quoad ſubſtantiam, ea enim conſideratione, quia in facto conſiſtunt, omnes incertæ ſunt *L. 75. §. 7. de V.O. L 72. §. Celſus ff. eod.* de reſpectu numeri & qualitatis dicuntur, veluti cum nuncupantur meſſoriæ, aratoriæ, trium quatuorve dierum &c.) Quæ ad certum tempus modum & circumſtantiam ſunt reſtrictæ vid. *L. 24. de Oper. Libert.* nimirum ut tribus diebus ruſticus aret. vid. Balth. *c. 12. pag. 308.* Erhard. *de Oper. Ruſtic. Concl. 7. lit. B. Aut incertas indeterminatas, indefinitas*, ungemeſſene Frohn und Dienſte / (quales Fromm. *d. l. §. 9.* ex ſuperioritate territoriali deſcendentes, dicuntur,) quæ nullo tempore modo, vel qualitate circumſcribuntur, verum a beneplacito Domini, rationabili tamen, dependent, toties præſtandæ quoties opus eſt, mutatio obſervatur. vid. Ziegler. ad Nicol. Cavoli *Dec. Aureas §. Nobiles n. 56.* Marpurg. *V. 2. Conſil. 30. n. 201.* Fromm. *d. Diſſ. C. 1. §. 7. & 9.* Knipſch. *de Nobilitate Togata & Sagata Lib. 3. cap. 21. n. 12. & 15.* Barbos Locuplet. *lib. 13. cap. 25. Axiom. 2. & 3.* Struv. *in S. J. Civ. Exerc. 3. de Stat. Hom. th. fin.* & noviſſime Vir Magnif. Ioh. Nic. Hert. JCt. & anteceſſ. in alma hac Ludoviciana prim. longe lateque Celeb. *Diſſ. de Super. Terr. §. 53.* In hac diviſione communiter acquieſcunt Interpp. quod ſi tamen praxin plurium locorum intueor, indefinitas adverto alias eſſe abſolute & ſimpliciter alias reſpective tales, prioris notæ dicuntur, quando ſubditi cujuslibet generis operis edere coguntur, waun die Unterthanen thun müſſen was man ſie heiſſet / quales ſummo Principi Haſſ. Darmſt. vid. *d. Receſſ. in pr.* ibi: wegen der ohngemeſſenen Frohn- Dienſte ſo unſern in GOtt ruhenden Löbl. Vorfahren Fürſten zu Heſſen und nunmehro uns / ſie reſpective zu leiſten ſchuldig geweſen und noch ſind ꝛc. a ruſticis debentur, poſterioris quando

quando quidem non omnis generis ſervitia, ſed certam ſpeciem operarum, v. g. Baudienſte Holtz oder Weinführen ꝛc. indefinite ſubditi præſtare tenentur, quam diviſionem non tantum ipſa experientia, ſed ſæpe alleg. Receſſ. manifeſte comprobat, nam etſi ex gratioſa principis Haſſo-Darmſtad. conceſſione indefinitæ ruſticorum, operæ, ad certum tempus in pecuniariam præſtationem mutatæ fuerint tamen ratione des Beſtallungs Tantzeley und Bren-Holtz zum Fürſten Lager & in nonnullis aliis ſ. ſ. ſeq. indefinita manſit ſubditorum obligatio, manifeſto exemplo, etiam certam operarum ſpeciem, diverſo reſpectu nomen ſervitiorum indeterminatorum mereri. Evenit quoque mutatio ratione modi præſtandi, ſecundum quem aliæ ſunt, *Ruricales* uti dicit Fromm. *d. l. th 6.* vel *Ruricorales*, quod magis placet Knipſch. *c. l. n. 16.* Wagen und Pflug-Dienſte præſtandæ ab iis, qui tot agros colunt ut inde equos vel boves aratarios ſuſtentare queant vid. Ziegel. *d. l. n. 55.* Beſold. *in Theſauro Practico* voce Pflug-Dienſt Stamm. *de Servit. Perſ. L. 3. c. 21.* Huc refert Knipſch. *c. l. n. 18.* ligna frumenta vina, & ſi quæ alia Domino proveniunt, in ædes dominicas convehere, agros ſimo ſtercorare, arare, ſerere, raſtro planare, fœnum cæterasque fruges in horreum Domini convehere. die Garn zu den Jagden führen currus & bigas &c. ad aquarumcunque rerum neceſſariarum vecturam præbere. Aliæ *Manuariæ*, quæ opera manuum peraguntur ab iis hominibus, qui tantum non poſſident unde equos vel boves alere valeant, vel ut Saxones loquuntur; qui non habent integrum manſum aut Hubam Ziegel. *d. l.* Huſan. *de Hom. propr. cap. 6. n. 66.* Inter has operas recenſet Knipſch. *c. l. n. 19.* literas transportare, ſeminare, fœnum ſecare, illud ſoli exponere, fruges demetere, operas ſuas

in linum, vinum, stercorationes triturandas fruges venationes, circa ædificia exstruenda ac reficienda &c. adhibere, quamvis hac in parte, sicuti in tota materia operarum, ad consuetudinem provinciæ potissimum sit respiciendum vid. Wehner. *in Observ. Pract.* voce **Dingnottel**; quod in Capitulo tertio, pro subjecta materia, latius declarabimus.

§. X.

Occurrit insuper mutatio vel (1) ratione subjecti Activi seu Domini operas scilicet exigentis, vel intuitu Passivi & Debitoris, qui eas præstare obstrictus est. (2) Objecti quoties aliud pro alio, ut pro servitiis pecunia vel diversum ab eo quod in obligatione exiitit, agendum injungitur. (3) Subjecti vel Objecti simul quando alii quam cui originare debentur; aliud quam in primæva conventione est, præstatur. (4) Temporis (5) loci, quæ & similia in Capit. subsequentibus fusius demonstratum imus sit itaque.

CAPVT II.

De Illicita Operarum debitarum mutatione.

SUMMARIA.

Mutationem operarum regulariter vetitam esse, multis rationibus & Legibus in §. I. evincitur.

Idque in §. II. in Allodialibus, Feudalibus & Eminentibus operis, sub restrictione tamen, procedere docetur.

In §. III. utrum subditi ad operas venatorias, quando eas nunquam præstiterunt, a Domino adstringi queant, & quid circa hæc servitia in Hassia obtineat? disquiritur.

Dominum Territorialem posse subditos Nobilium a servitiis alias exemtos,

exemtos, ad venationem noxiorum animalium cogere in §. IV. demonſtratur. Et an idem ipſis Nobilibus conceſſum ſit? ibidem indagatur.

Præfectum venationis, quoties Princeps, dum in propria perſona venationem exercet, operas venatorias ſibi reſervavit, de cætero pro iis pecuniam accipit, non poſſe loco domini has exigere, neque ceſſionem viciniori principi factam ruſticos ad præſtationem pecuniæ & operarum ſimul obligare in §. V. demonſtratur.

Varia vetitarum operarum aulicarum exempla ſub §. VI. adducuntur.

Mutationem operarum vulgarium intuitu ſubjecti activi vetitam eſſe dicimus, idque exemplo excubiarum comprobamus, & quasdam inſimul limitationes in §. VII. adducimus.

Idem ad feudalia ſervitia in §. VIII. extenditur, & an aggravatio, quoties vaſallus pluribus hæredibus relictis decedit, ratione operarum contingat? latius diſcutitur.

Exempla mutationis vetitæ intuitu ſubjecti paſſivi in §. IX. adducuntur, & an vaſallus præciſe in perſona operas Domino exhibere teneatur? prolixe docetur.

Quid juris ſit circa mutationem operarum allodialium & feudalium, quoties debitor pluribus liberis relictis decedit? ex §. X. colligi poteſt.

Mutationem operarum intuitu objecti illicitam declaramus, idque variis exemplis v. gr. in pecuniaria pro operis præſtatione, viſitatione Eccleſiaſtica a Superintendentibus inſtituenda, aliisque in §. XI. XII. XIII. & XIV. elucidamus.

Iuxta §. XV. non tenetur Ruſticus ad operas determinatas obligatus ultra tempus præfixum ſervire, quamvis Dominus ipſi pro operis pecuniam offerat.

De operis ſolitis & inſolitis earumque mutatione & quid ad utramque ſpeciem ſpectet? agit §. XVI. Num,

Num, auctio per coemtionem aut alias prædio, ratione cujus ſervitia indeterminata debentur etiam augeantur operæ, ſub diſtinctione in §. XVII. reſolvitur.

Indeterminatæ operæ juxta §. XVIII. ultra conſuetum & hactenus obſervatum modum non ſunt extendendæ, & quid ſi quantitas operarum antiquitus variaverit?

Illicitam operarum mutationem ratione loci proponit §. XIX. & materiam hanc variis caſibus illuſtrat.

De vetita mutatione intuitu temporis cum exemplorum allegatione fuſe tractat §. XX.

Mutationem circa ſumtus injuſtam exhibet §. XXI.

§. I.

MUtationem operarum regulariter & in genere vetitam eſſe, apertis non tantum legum teſtimoniis, ſed & rationibus evidenter concludentibus facili negotio demonſtrari valet; Enimvero ſive eam conſideres in augendo, ſubditi, ſive in minuendo, Domini præjudicium ſubeſt, alteri autem per alterum iniquam conditionem inferri non poſſe, plusquam manifeſtum exiſtit. *L. 61. de R. J. C. mutare de R. J. in 6to.* Deinde ea, quæ antiqua ſunt & olim obtinuerunt, non temere ſunt mutanda, *L. 2. de Conſtit. Princip.* Et utique alias natura, quia nolenti jus quæſitum adimeretur, ac homo ſine facto ſuo in deteriorem ſtatum detruderetur, vim pati videbitur. Porro ſicuti domino, ſenſum augere, jure non permittitur *L pen. C. de agric. & cenſit.* ita nec ob paritatis rationem, ne utrobique juſtam conquerendi cauſſam læſo ſuppeditemus, ſervitiorum augmentatio vel diminutio admittenda Boer. *Dec. 132. n. 3. & ſeqq. Dec. 55. n. 2.* Quod abinde validius comprobatur, ſi operas vel ex conſuetudine, quippe quæ ultra quam introducta & in obſervantiam

ſervantiam per actus ad eam tendentes, tranſiit, non obligat, vel ex præſcriptione in qua ſonat regula, tantum præſcriptum quantum poſſeſſum Struv. *S. J. C. Ex. 43. th. 11.* vel demum exconventione originem traxiſſe dicas, nam & hic ſicuti utriusque voluntate quid cœpit, ita quoque utriusque conſenſu eſt immutandum *L. 5. C de O & Al. 35. de R. I.* ut taceam operas ad minimum reſpectu patientis eſſe odioſas, adeoque reſtringendas potius quam extendendas *Cap. odia de R. J. in 6to* Struv. *Ex. 3. th. 24.* cum alleg. *ibid* Magnif. Dn. Hert. *Diſſert. de Superiorit. Territ. §. 53. n. 7.* veritatem hujus rei etiam textus tam Juris Civilis quam Canonici ulterius luculenter evincunt, ita enim Imperator *in L. 1. C. in quib. cauſ. Coloni cenſiti Dominos accuſare poſſint*, inquit: *Quùquis colonus plus a Domino exigitur, quam antea conſueverat & quam in anterioribus temporibus exactum eſt, adeat Judicem cujus primum poterit habere præſentiam, & facinus comprobet, ut ille qui convincitur amplius poſtulare, quam accipere conſueverat, hoc facere in poſterum prohibeatur, prius redditio quod ſuper exactione perpetrata noſcitur extorſiſſe*, quo & ſpectant *L. 22. C. de agric. & Cenſ & Col. L. 1. §. 2. C. Ne ruſtican. ad ull. obſeq. L. un. C. Ne Oper. a Collatorib. exig. L. un. C. Ne Trib. lev. præſt. L. un. C. de Salg. Hoſp. non præſt. L. 6. & 8. C. de Annon. Can. 31. Cauſ. 18. Qu. 2.* Hancque ſententiam comprobant Brunn. ad *L. 23. C. de agric. & Cenſ.* Balth. *de Oper. Subdit. max. Ruſt. C. 1. §. 7.* Knipſch. *de Nobilit. L. 3. C. 21.* Barboſ. Locuplet. *lib. 13. cap. 25.* Ziegl. *in d. §. Nobiles n. 118.* D. Lauterb. *Coll. Theor. Pract. tit. de oper. libert. §. 7.* Aliique.

§. II.

Quæ argumenta non tantum in Allodialibus, ſed & operis Feudalibus, vid Coccej. *Diſſ. de eo quod juſt. eſt circa ruſt. in mat. feud. cap. 2. per tot.* Vulgaribus, Aulicis, imo etiam

ex

ex Superioritate territoriali fluentibus, quamvis non omnibus, firmiter concludunt, adeoque non dubitamus etiam has sub regula comprehendere, fac enim æque commode Principi per subditorum personas Equos Boves &c. ac extraneorum, succurri posse, ipsum autem suorum operas respuere & loco earum pecuniam, qua mediante aliena servitia conducere queat, desiderare, nunquid hoc superioris postulatum ab æquitate alienum, & tanquam tale quod ruinam ac pernicem subditorum accelerat æstimabis, vid Brun. *ad L. un. C. N. Oper. a Collat. exig. n. 3. & ad L. 1. C. ne rustic. ad ullum obseq. in fin.* add. Klock. *de Contrib. cap. 2. n. 40.* Caute tamen quod operas ex superioritate territoriali competentes, procedendum erit, neque quando vi istius juris aliquid exigitur, quod nunquam hactenus a subditis præstitum est, id statim pro servitiorum mutatione, vel rusticorum aggravatione venditandum erit; qua de re in cap. seq. latius differemus.

§. III.

Interim hæc illa primo loco, an subditi ad servitiorum venatorium aut salutariorum Jagd-Frohnen v. gr. zu Pferd und Hand-Frohnen/ und Dienst zu Fort-Fuhr/ und Haltung der Hunde/ Seiler/ Zeugs/ Netz und Garn/ Wild-Häger und Wild-Zäune zumachen/ Für- und anzustehen/ exhibitionem, quamvis has operas hactenus nunquam præstiterint, obstricti sint, discutienda quæstio est? & quamvis indubitati juris sit, venationem quoque hodie ad regalia pertinere Klock. *Cons. 98. n. 21.* & servitia hæc venatoria tanquam consequens superioritatis territorialis a Referente in *Relat. Noviss. Relat. 24. n. 40.* considerari, indeque affirmativa decisio probabilis videatur, imo vero ita ferme totius Imperii Romano Germanici consuetudo ferat, nescio tamen

men annon pro ſublevatione Subditorum mitior ſententia hoc in paſſu eligenda, & dicendum potius ſit, mutationem operarum licitam, ad eas operas, quæ utilitatem ſubditorum, neceſſitatem & conſervationem univerſi reſpiciunt, non autem voluptatem tantum ipſius Principis explent pertinere vid. Struv. *Synt. feud. cap. 6. Aph. 25.* Ahasv. Fritſch. *Tr. 9. C. 11. n. 2.* Et certe differentia facienda eſt inter Jus venandi, utpote quod ad regalia ſpectat, Struv. *d. l. Aph. 28.* & modum venationem exequendi, hic enim etiam ſine ſingulari ſubditorum opera per venatores, quos magno numero ſæpe Principes alere ſolent, expediri poteſt, cum enim in venatione ſaltem Principis commodum ejusque delectamentum intueamur, ratio non eſt, cur ea regulariter oneri ſubditis eſſe debeat, & illa utique interpretatio facienda quæ miſero ab onere ſublevat eosque in minimo gravat, ut taceam in nonnullis Imperii Provinciis hanc inter Regalia nullatenus referri, ſed tam a ſubditis, quam Principibus promiſcue exerceri Ruland. *de commiſſ. & Commiſſ. p. 4. L. 2. cap. 8. n. 10.* Wehner. *pract. obſ. verb.* frey Bürſche/hasque operas teſte diſſent. alias Fromm. *d. l.* regulariter tantum a Subditis in diſtrictu Foreſtali ſitis, non indiſtincte ab omnibus præſtari. Wehner. *voce* Forſt-Recht/ ita in nonnullis Imper. provinciis in quibus raras terra feras alit, ſervitiorum horum exactio, inaudita hactenus res eſt, forte igitur & hic nequidem Dominum territorii intuitu iſtarum operarum fundatam habere intentionem, recte dicemus *L. C. ne ruſt. ad obſeq.* cum Brunnem. *ad L. un. C. ne Oper. 6. collator. exig. n. 3.* Sixtin. *de Regal. l. 2. c. 13.* Quidquid ſit in plerisque Germaniæ territoriis etiam operæ venatoriæ inter conſuetas & ſolitas recenſentur. Vid. Balth. *de Oper. Subdit. cap. 11. p. 248.* Fritſch. *de Jur. Luſtrat. & ſeq.*

C. 11. n. 1. & seqq. Seckendorff. Fürſten-Staat *P. 3. C. 3.* In Haſſia ruſtici ad operas indeterminatas principibus tenentur, & quamvis aliquot pagi ex gratia vel conceſſione Landgravii, pro quibusdam ſervitiis annuatim quid pendant, nihilominus tamen inter exceptas etiam venatoriæ diſerte referuntur, ita enim Receſſ. hic in Haſſ. Superiore de ſuper 12. Maji 1704. recti §. 5. verba ſonant: **Die gehende und fahrende Jagd-Dinſt zu Wolffs- und andern Jagden/ haben ſie unſere Unterthanen des Amts Gieſſen zuſamt den Hüttenberg zu verrichten/ auch das Wildpret/ ſo in dem Amt Gieſſen denen dazu gehörigen Gerichten auch in unſerm Antheil des Hüttenberges gefangen und gepürſchet wird/ ſo weit den Bezirck ſolches Amts/ der Gerichter und des Hüttenberges gehet/ an die Oerter ohne Lohn zu überbringen/ welche ihnen angewieſen werden.**

§. IV.

Illud interim inirepide ſtatuimus, Subditos Nobilium, quamvis alias a præſtatione operarum immunes exiſterent, ubi tamen nociva territorio animalia in ſylvis vel pratis oberrant, & regionum Domini ad exſtirpandum hoc genus ferarum, eorum operas expoſcunt, ſervitia juſte denegare, aut exactionem hanc tanquam aggravationem illicitam exclamare non poſſe, cunctorum enim, hic vertitur ſalus & intereſſe, adeoque & conjunctim omnes ad bonum commune, quod in ſingulos redundat, concurrere tenentur, hinc & jure Romano ſine delectu cunctis poteſtas hujusmodi beſtias occidendi conceſſa legitur *in L. un. C. de venat. Ferar.* imo etſi poſtmodum *in 2. F. 27. §. 5.* ſubditis retia vel laqueos animalibus ponere, prohibitum reperiatur, diſerte tamen ibidem urſi, apri & lupi excipiuntur. Vid. Ahasv. Fritſch. *Tr. 9. §. 4.* itaque in Schab. Jen. judicatum eſſe

notat

notat Struv. *S. F. c. 6. Aph. 26. n. 3.* Posset quidem videri, cum his subsit species quædam necessariæ venationis, cuilibet subditorum hoc genus animalium penitus extirpare incumbat, & res aliquando longiorem, quam ut desuper jussus Principis expectari queat, moram non patiatur, etiam Nobilibus eum in finem convocandi Subditos licentiam competere; sed quia convocatio hominum ad capturam luporum ex altiori quodam principio fluit, & speciem quandam sequelæ continet. Fritsch. *d. l. §. 4. n. 17.* hoc autem jure Nobiles destituuntur, imo respectu habito ad venationem Domini Jurisdictionales nulla jubendi facultate pollent, adeoque a subditis frustra parendi obsequium expectamus *arg. L. fin. de Jurisd.* & tanta necessitas, quæ non aliquod saltem interstitium temporis patiatur, vix concipi queat, vel si evenire possit subditi ultro, etiam non exspectato alterius jussu, spontaneas operas exhibebunt, hinc contrarium verius judicarem.

§. V.

Ex prædictis mutationem operarum venatoriarum ratione subjecti activi illicitam prununciamus, pone enim inter Principem & subditos ut hi pro debitis servitiis venatoriis, annuatim dissito a se longe domino certam pecuniæ summam pendant, convenisse, dominum autem quoties in persona venationi interesse cupit, servitia hæc sibi reservasse, præfectum interea venationis (vulgo Jäger-Meister) dum eo in loco jussu Principis venatur, eadem præstolare; certe hic rusticos recte huic operas denegare, & tenori conventionis, quæ tantum de persona Principis loquitur, inhærere posse, existimarem, duplici enim alias onere premerentur, nam & pecuniam Domino & servitia præfecto præstare cogerentur, quod cum æquitate & justitia pugnare videtur;

tur; pari modo si idem Princeps alteri viciniori jus venandi in dicto loco cederet; non tamen subditi huic cessionario pecuniam ante conventam & operas simul, si ipse venationem exerceret solvere tenerentur, omnis enim conventio rebus, sic stantibus eodem statu manentibus est intelligenda, Struv. *Ex. 17. th. 83.* ac subditi facilius, utique ei, qui propter distantiam loci, vix multos intra annos probabiliter, erat venaturus, & pecuniam & operas certo respectu, quam viciniori, qui singulis diebus ipsis oneri esse potest, promittent: Utrumque eleganti Decisione illustrat. D. Lynck. *Dec. 1361.*

§. VI.

Operæ quoque Aulicæ, ejusdem cum prioribus, intuitu vetitæ mutationis, naturæ sunt, ubi enim vel equis præstandæ, ibi non debetur pecunia, multo minus certum genus operarum promissum ad aliud porrigendum, Jung. Klock. *Tom. 1. Cons. 10. n. 566.* vel ad certum tempus restrictæ & ultra illud, ne contra fas aggravetur subditus, non sunt extendendæ, vel ad certum locum directæ, & ad alium non debentur Jung. Frantzk. *L. 2. Resp. 13.* ad quid enim alias tam sollicita harum rerum circumscriptio & determinatio conducet si indiscreta nihilominus maneret obligatio? ita v. gr. quando subditi, commoranti certo in loco Principi bey vorfallenden Fürsten Lager ligna ad sustentationem ejus familiæve necessaria convehere aliasve operas præstare obstringuntur eundem alibi degentem, sequi non tenentur, tanta enim aliquando locorum est distantia, vehiculis suis vix inter aliquot hebdomadas hunc attingere queant, ne igitur continuum sine intermissione servitium subditis injungamus, alia ipsis ad quæ se nullatenus obligarunt extorqueamus quietem omnem, quam circum-

circumſtantiæ rei ſubminiſtrant, ipſis invideamus, miſerosque penitus omnibus bonis exuamus & ad ultimum usque obulum emungamus, in his & ſimilibus extenſionem non admittemus ita enim ſunt moderandæ operæ, ne ſubditus propria negotia penitus deſerere ac mendicare cogatur *arg. L. 17. 19. & 22. §. fin. L. 30. ibique* Brunn. *de Oper. Lib.* Sichard. *ad Rubric. C. de Oper. Libert. n. 7.* Maul. *de Homag. tit. 4. n. 14.* Huſan. *de Hom. propr. cap. 6. n. 74.* Berlich. *P. 1. D. 77. n. 4.* Idque multo magis tunc quoties ſubditi ad indefinita alias ſervitia obſtricti, pro iis certam pecuniæ ſummam quotannis numerandam, promiſerunt, Princeps autem quando in loco territorii ſui A. v. g. eſt commoraturus ſibi vecturam lignorum pro indigentia familiæ principalis reſervat, procedere exiſtimamus, tunc præter ea quæ ſupra allata ſunt pro reſtrictiva interpretatione facit, quod non pura ſed conditionalis, *ſi ibi Dominus reperiatur*, hic ſubſit obligatio, quæ conditione deficiente nihil ponit in eſſe §. 4. *de V. O.* quodque alias duplici onere præter intentionem ſubditi gravarentur. Sane ſi quis ad quemlibet indeterminatum Aulæ uſum cum ſervo equos de anno in annum ad palatium Principis mittere cogatur, huic omnis generis operæ, quæ jumentis expediuntur, quidem incumbunt, ſed neſcio, an Dominum extra territorium migrantem, vel alibi aulam tenentem ſequi obligetur. *arg. L. 20. §. 1. & 21. ff. de Oper. Libert.* Vid. Balthaſ. *de Oper. Subdit. C. 14. p. 350.* Maul. *de Homag. tit. 4. n. 8.* niſi conventione vel obſervantia aliud introductum fuerit; ita porro illicita foret mutatio, ſi operas Aulicas regionum Domini in bellicas transmutare vellent; quis enim non videt duriorem inde ſervientium fieri conditionem, & majus quoque perdendorum equorum ipſis imminere periculum, ſolitum in inſolitum commutari & in primam operarum conſtitutarum legem com-

 mitti,

mitti, vice versa operæ bellicæ ex Jure sequelæ fluentes, nec in Aulicas aut feudales, quamvis quis bona feudalia possideat, invito debitore valide mutantur, D. Lynck. *Dec. 780. n. 3.* ibi: **Die Heersfolge / da / bey zugetragenen Fällen / die Stadt mit zweyen Pferden und etlicher Mannschafft zu erscheinen schuldig / zu der subjection und denen** juribus superioritatis **gehören: und von der Lehns-Pflicht / als Ritter-Pferden / und daher rührenden** Præsent-**Gelder gantz unterschieden** Knipsch. *de Subl. Jur. Ter. C. 3. n. 368.* & de Sax. non provoc. jur. *C. 5. n. 315. seqq.* Klock. *C. 3. de Contrib. n. 273. seq.* **So wird derowegen der Rath mit denen Ritter- und Lehn-Diensten billig verschonet.** Ita casu quoad quatuor vehes vini (vulgo **Wein-Fuhren**) tenentur subditi, neque ad alias adstringi, aut hæ pro lubitu extendi poterunt, ad quid enim proficeret alias determinata quantitas, si libertas in exigendo Dominus manus haberet, & nunquid sic in odiosis contra notissima juris principia extensio concederetur? junge eâ quæ habet Berl. *P. 2. Dec. 281. n. 35. & seqq.* & Gylm. *L 2. Rer. in Camer. Judic. Dec. 9. n. 6.* Ex quibus facile ad varia Aulicarum operarum genera, quid in iis ratione mutationis Juris sit, inferri poterit & prædicta tanto magis procedent quando non subditi ad harum operarum præstationem ex jure quodam servitutis adstringuntur? in illis enim ne quidem in minimo mutatio aut aggravatio admittitur *arg. L. 7. de S. P. R.* quod & bene observavit Referens in novis. Relat. Cam. *Relat. 24. n 91.* ubi, idem etiam in **Reyß-Wägen und Heer-Zügen** / si hujusmodi servitia ex alieno territorio debentur obtinere tradit.

§. VII.

Porro ob supradictas rationes erit illicita operarum vulga-

vulgarium mutatio, ſi enim Principem non decet conſuetum præſtandi modum excedere, quanto minus privatus tale quid prætendere poterit; Etſi in operis Eminentibus vel Aulicis aggravationem regulariter non concedimus, quomodo eam in iis, quæ tantum favorem non merentur approbabimus? *L. 1. & 2. C. Ne Ruſt. ad ull. obſ. L. un. C. Ne Oper. a Collat. præſt.* modo dicta ampliamus (1) ut procedant in ſubjecto activo quoties operæ ſunt ſimiles officialibus, cujusmodi generis ceſſionem non admittunt *L. 6. & 9. §. 1. de Oper. Libert.* Huc referunt DD. excubias, qui enim has domino Jurisdictionali debet, is ut eas alteri præſtet delegari nequit; Singulariter enim ſubditus curam ſui Domini, a cujus conſervatione etiam in ipſum utilitas redundat, appromittendo ſervitia hæc, reſpexiſſe videtur, quod ad quemlibet alium non recte applicatur. Carpzov. *Jurispr. For. P. 2. Conſt. 57. n. 3.* Nic. Boërius *Dec. 212. n. 18.* Sane ubi excubiarum præſtatio ex altiori quodam principio nimirum ſuperioritate territoriali fluit, ibi, præſertim cum hodie ut plurimum milite conductio utamur, ceſſionem harum operarum in Germania noſtra frequentiſſimum (ſi non nimis aliquando extenſam) conſpicimus: Imo cur in cauſa communi detrectarent ſubditi in vicini territorii caſtro vel fortalitio hoſtis arcendi gratia has operas? cum iſto oppreſſo, ordo & hos idem tangere queat, igitur ſententiam noſtram ita intellectam volumus, ne aliquid Regionum Dominis, eorumque ſuperioritati detrahamus, ne tamen & ipſis infinitam in ſubditos occaſione belli, quod ipſos principaliter non tangit, licentiam & liberorum hominum nundinationem tribuamus, etſi enim volentes dato ære conſcribere conſcriptis aliorum ſervitio applicare ipſis haut denegandum, invitos tamen & obſequioſos

quioſos alias ſubditos promiſcue obtorto collo rapero raptos Marti modici quæſtus gratia quaſi immolare, a pietate Chriſtiana alienum; & nimis ſervile videtur, boni ſubditi opibus & vita tenentur patriam defendere, boni Principes vero poteſtate ſibi a Deo conceſſa quoque ne abutantur.

§. VIII.

Idem nobis in ſervitiis feudalibus, ſive ea ſint honoraria, ſive judiciaria ſive militaria vid. Struv. *S. J. F. cap. 11. aphor. 7.* dicendum erit, ratione enim ſui Domini non alterius ſe obligavit *2. F. 6. 7. & 28.* ab hoc non a tertio beneficium, ratione cujus ſervitia debet, recognoſcit, adeoque invitus ad ſerviendum alteri quoque non obligatur Vaſallus, & cum non aliter operas præſtare teneatur, quam ſi iis Dominus indiguerit *1. F. 21.* illæ autem, quæ neceſſitatem reſpiciunt, ceſſionem non admittant *L. 19. de Uſu & Hab.* hinc veritas dictorum manifeſte patet, late hanc materiam cum reſolutione dubiorum tradit Kohl. *de Servit. Feud. P. 2. n. 101. & ſeqq.* quod tamen quoad militaria ſecus erit, ſi ſcil. in cauſa communi Vaſallus operam præſtare citetur, quilibet enim tunc magis ad defendendum proprium quam alienum Dominum concurrit: Hinc etſi plures unum feudum conceſſerint, vel unus concedens plures heredes reliquerit, operarum aggravatio, ex perſonis plurium Dominorum non inducitur, manet enim unitas obligationis, neque feudum, cui proportionata ſunt ſervitia per mutationem Dominorum augetur: Ergo tantum ſervitiorum nomine eſt præſtandum omnibus, quantum feudi ſubſtantia ferre poteſt *2. F. 55. §. 1. v. 5. praterea Ducatus:* neque ex perſona hæredum Creditoris, debet conditio debitoris fieri deterior *L. 2. §. 2. de V. O.* Kohl. *de Serv. Feud. P. 2. n. 17.* Debentur quidem omnibus ſervitia, ſed pro

beneſi-

beneficii magnitudine, non personarum numero 2. *F.* 77. hinc bene Struv. *in S. I. F. cap.* 11. *aph.* 7. *n.* 4. advertit, quod si unus ex Dominis integro vasallo utatur, quo reliqui etiam indigebant. *v.* gr. in militia, his actione communi divid. cautum sit *L.* 3. *junct. L.* 10. §. 1. *L.* 19. §. 4. *ff. Comm. Divid.* Idem ad operas allodiales commode applicari poterit, ut singuli ex pluribus liberis, qui hæreditatem Patris pro indiviso possident, jus exigendi in solidum quidem habeant, sed tamen si uni præstitæ fuerint, æquitas, vt easdem alii petant, non patiatur, ne plus juris in eos, quam defunctus habuit, transiisse dicamus, *Nov.* 48. *in præf.* quoties vero bona Patris inter ipsos divisa sunt, etiam quilibet servitia ratione prædii sui, vel intuitu Jurisdictionis quoad exercitium distinctæ, & seorsim competentis debita, prætendere poterit. Husan. *de Hom. Propr. cap.* 6. *n.* 86. *seqq.* Balthas. *de Oper. Subdit. p.* 125. *& seqq.*

§. IX.

Est quoque mutatio regulariter illicita, ratione subjecti passivi; ita enim frustra fit extensio de Persona ad Personam, si enim vi Jurisdictionis operæ manuariæ alicubi exigantur, licet tunc forensis sub Jurisdictione Domini qondam sui, bona immobilia possideat, tamen ad harum præstationem, non tenetur, illo namque casu cessat causa obligationis, cum has subditus quatenus talis, ut supponimus, solvere teneatur, neutiquam vero ex fundis inhæreant Lynck. *Dec.* 502. Pari modo operæ vectoriæ, de bonis immobilibus, ab iis, qui jumenta possident, prætari solitæ, non recte imponuntur molitoribus, qui equis ad usum saltem molarem utuntur Lynck. *Dec.* 782. ubi & excep. in verb. Daferu aber jedoch des Müllers Hauß und Acker / sonst wie ein Anspann-Guth sich zu verhalten /

und die Acker entweder durch eigene/ oder der andern Anspänner Pferde/ bestellet werden müssen/ auch dem Eigenthums-Herrn der Mühle nicht freystehet/ durch seine Pferde uns Lohn daselbst Aecker zu bestellen/ so ist der Müller/ welcher die Pferde nicht nur zu der Mühle brauchet/ sondern wie ein Anspanner sich hält/ deshalben für sich gleich andern Anspannern/ die onera zu tragen/ nichts destoweniger schuldig. Et quamvis forensis, etiam operas vectorias fundis inhærentes proportionabiliter Domino detrectare nequeat, ad Ecclesiam tamen, domum parochianam, vel scholam has praestare non tenetur, Lynck. *Dec. 813.* ibi: Daß Beklagter Schacher zu denen Kirchen- Pfarr- und Schul-Gebäuden/ als ein Außwärtischer mit allen Frohnen billig zu verschonen/ was aber sonsten in der Gemeinde an Pferde-Frohnen vorfället/ derselbe das Seinige/ gleich andern einheimischen Hüfnern oder Pferde-Fröhnern/ jedoch nach Proportion desjenigen/ was auff seine Güther daselbst kommen mag/ und nicht nach Anzahl der Pferde/ zu leisten schuldig. Neque mirum, quia illi tantum ad fabricam Ecclesiæ, & refectionem domuum parochialium, quorum anima verbo divino ibidem pascitur, quales non nisi subditi, domicilium habentes eo in loco sunt, obstricti esse creduntur, Klock. *de Contr. cap. 10. n. 68.* Carpz. *Jurispr. Consist. L. 2. Def. 241. n. 7. & seqq. Def. 349.* Etsi tales pro modo facultatum & qualitatis servandæ causa postea onus ferre teneantur, Carpz. *d. L. Def. 342.* Et filialistæ quoque sub alio magistratu degentes ad Ecclesiam matrem a qua commoda habent, Carpz. *cit. loc. Def. 343. 348.* nisi hi proprias ædes sacras in pagis possideant, uti demonstrat Carpz. *Def. 345.* contribuere obstringantur. Illud quoque observari meretur, quod quando subjectum passivum mutatur propterea operas

ras rebus inhærentes non amittat Dominus veluti si Rusticus Nobili bona servitiis obnoxia vendiderit, onera enim realia una cum re quemcunque possessorem sequuntur adeoque etiam a Nobili erunt præstanda *L. 16. C. de Episc. & Cler.* arg. *L. 12. C. de Distr. pign. L. 23. §. 2. & L. 36. de S. P. R.* in tantum ut nec Ecclesia ejusmodi bona comparans immunitatem prætendere possit. *Capo si tributum cauſ. 11. Q. 1. cap. Tributum cauſ. 23. Q. 8. L. 16. C de SS. Eccleſ.* Wehner in voce Ding-Rotul §. *Si Nobiles*, Carpz. *Lib. 1. Reſponſ. 17. cum allegat. n. 8. & ſeqq.* Ziegl. *ad auream praxin.* Nicol. Calvol. §. *Nobiles n. 132. & ſeqq.* ubi *n. 139. & ſeqq.* recte docet, quod ipse Dominus suas operas acquirens vel immunitatem ratione certi prædii ad operas obstricti concedens, hoc onus minime in alios subditos devolvere, sed intuitu hujus detractionem pati debeat *Receſſ. Imp. de Anno 1548.* §. und ſoll item §. gleicher Geſtalt / ad manuarias autem, qui vi subjectionis præstantur, Nobilem Nobili non adstringi, facile patescit. Porro notandum, quod operarum debitor in persona eas præstare, nec regulariter (nisi conditio personæ in servitiis vulgaribus refragetur, v. g. si Nobilis a Nobili in persona operas vectorias exigeret,) alium suo loco substituere debeat, potest enim ipsius Domini interesse, ne promiscue & sine delectu quilibet ipsi obtrudatur, quod etiam in servitiis feudalibus procedit, *2. F. 23. in fin. 2. F. 26. §. ſi quis deceſſerit. 2. F. 36. & 26. §. Clericus. 2. F. 55. §. firmiter.* Kohl. *Tr. de Servit. Feud. P. 1. n. 159. & ſeq.* Struv. *S. I. F. cap. 11. aph. 6. n. 1.* Et quamvis dissentiens Bocerus *de Jure Senior. & Vaſall. L. 1. C. 4. n. 6. & ſeqq.* Itemque *n. 21. & ſeqq.* Vasallum non nisi alternative, vel ut serviat in persona propria, aut per substitutum, obligatum esse doceus, maxime textum in *2. F. 55. §. firmiter*, in contrarium urgeat, indeque electionem in

Vaſallo, utpote debitori, competere, aſſeveret, tamen vel locus iſte de juſte impedito poterit intelligi, cum Hartm. Piſtor. *L. 2 Q. 13. n. 10.* ut textus ex textu explicetur, *L. 26. & 27. de LL.* vel ſi etiam generaliter & de non impedito eundem interpretari velimus cum Kohl. *c. l. n. 164.* ad caſum ſpecialem ſcil. expeditionis Romanæ des Römer-Zugs / hunc reſtringemus, tanti enim non intereſt Imperatoris, quanti alterius Domini, Vaſallum in perſona comparere, cum enim hoc iter non immediate Domini gratia, ſed Imperatoris & imperii cauſa ſuſcipiatur, parum refert, Vaſallus an in propria perſona, an per ſubſtitutum ſervitia exhibeat, & Imperator de fide ſub vaſallorum, quippe cum ſubſtituti non minus ipſi, ac Dominis fidelitatem juraverint, æque certus eſt, ac ſi immediatus Vaſallus comparuiſſet. Imo in eo ipſius Imperatoris utilitas verſari videtur, quod Principes Vaſalli, in Germania remanentes, citius & facilius milites ad Imperialem expeditionem transducere valeant. Neque regula *cap. Poteſt quis. & cap. qui per alium. de R. I. in 6.* itemque *§. 42. I. de R. D. & A. R. D.* Quoties Perſonæ induſtria ac fides ſingularis eſt electa, uti hic, locum obtinet; Diſtinguit quidem Bocerus *d. l. n. 16. & ſeqq.* ac Roſenthal *de Feud cap. 8. Concl. 23. n. 6.* inter Vaſallum celebrem magnoque præditum conſilio, & vulgarem, ut hic per ſubſtitutum, ille autem in feudo noviter quæſito, cum parem vix habeat, in perſona ſervire cogatur, *arg. L. 31. de ſol. L. un. §. Ne autem hoc: verſ. ſin vero talis eſt C. de Cad. toll. L. 13. de Manum.* ſed cum eadem utrobique ratio militet; & textus juris feudalis, utpote generales hanc diſtinctionem nullibi inculcent, hinc ſententia hæc merito nobis ſuſpecta videtur, uti recte quoque Kohl. *d. l. n. 167. verſ. ſententiam tamen* ex Menoch. *Conſ. 54. n. 13.*

n. 13. 40. & 41. noſtram opinionem tuetur, licet in feudo hæredes extranei quoque ſuccedant, illud enim dum in uno degenerat, in aliis feudi naturam nihilominus retinet *2. F. 48.*

§. X.

Quibus conſequens eſt non mutari vel augeri ſervitia, quando unus Vaſallus plures reliquit feudi ſucceſſores, vel enim is operas determinatas debet, & majores quam ab initio convenit, exigere nequit Dominus, alias enim actio in perſona hæredum mutaretur contra *L. 2. §. 2. de V. O.* vel prout communiter fieri ſolet, ſervitia ſunt indeterminata, & pro quantitate beneficii præſtanda erunt *2. F. 77.* neque ſucceſſores ultra quantitatem ab anteceſſore præſtitam obligantur. Vid. Hartm. Piſtor. *Q. 47. n. 16.* Roſenth. *de Feud. Concl. 6 n. 6. & 9.* Sane quoad effectum præſtationis, intereſt, utrum id quod pro feudo ſolvitur ſit dividuum, v. g. in pecunia conſiſtens, vel individuum ſcil. factum hominis reſpiciat, ut priori caſu quemlibet pro ea portione, quam in feudo habet Hartm. Piſtor. *L. 2. Q. 47. n. 18. L. in executione §. 1. ff. de V O. L. ſolent. ff. de alim. vel cib. leg. L. Pacto ſucceſſor. C. de Pact. L 2. C de Hered. act.* Poſteriori autem ſingulos in ſolidum teneri ſtatuamus *L. 72. de V. O.* Roſenth. *de Feud. cap. 8. Concl 6. n. 6.* ubi id *n. 9.* ampliat, quamvis feudum inter plures diviſum fuerit, cum ſervitium pro eo præſtandum non dividatur, quippe in ſe & ſua natura individuum. *d. L. 72. de V. O.* Hæredes ſiquidem quoties factum in obligatione eſt, nihilominus diviſa hæreditate in ſolidum obligati manent *L. 2, § 2. de V. O. L. 25. §. 10 ff. Fam. Erciſc.* neque propterea gravamen accreſcit ſingulis, quia ſimile in fidejuſſoribus & correis debendi obtinet, ac omnes non niſi u-

nam obligationem contraxerunt §. 1. de Duob. reis, isque qui præstitit habet regressum adversus convasallos Rosenth. C. 8. Concl. 7. n. 5. Hartm. Pistor. L. 2. Q. n. 16. imo Rosenth. d. l. n. 6. denunciationem judicialiter illico faciendam, ut reliqui rite contribuant, admittit, ad unum vero ex pluribus si provenit feudum, hic solus tenebitur. 2. F. 26. §. Omnes, latius quæ diximus exponit, Kohl. de Serv. Feud. 4 n. 68. usque ad n. 102. inclusive. Eadem quæstio circa operas allodiales incidit, multumque lucis ex decisione præcedente hauri, videlicet distinguunt DD. utrum operæ vi jurisdictionis & præstiti homagii, an vero possessionis & intuitu prædiorum debeantur, priori casu, quia sunt personales, quot sunt personæ sacramentum exhibentes, & protectione gaudentes tot etiam ad operas jure meritoque adstringuntur, quod certo respectu uti in cap. 1. monuimus ad homines proprios applicari potest. Husan. de Hom. Propr. C. 6. n. 80. Posteriori aut plures liberi in uno prædio Patri succedentes, illud pro diviso vel indiviso possident & bet pro rata portionis, quando operæ sunt dividuæ, tanquilitum tenetur, arg. L. 22 Depos. Ziegl. ad Stry. Præx. Calv. §. Nobiles n. 146. sin vero istæ divisionem non recipiant, quilibet insolidum obligatus erit. arg. L. 2. §. 2. de V. O. L. 5. §. 7. Judicat. solv. Unus tamen solutione omnibus obvenit liberatio, L. 44. de Leg. 2. L. 3. §. 1. de Duob. reis. ita tamen ut salvus præstanti adversus reliquos maneat regressus arg. L. 2. §. 10. Fam. Exc. d. l. 2. §. 2. de V. O. Husan. d. l. n. 89. & seqq. Calvol. c. l. n. 144. & seqq. Balth. de Oper. Subdit. C. 8. p. 149. & seqq.

§. XI.

Multo magis Operarum mutatio illicita erit intuitu Objecti, idque sive determinatæ sive indeterminatæ debe-

antur,

antur, regulariter verum arbitramur, quod nunc exemplis latius declarandum erit: Et quidem graviter inter DD. disceptatur: An Dominus ab invitis subditis pro operis pecuniam exigere, vel hi Domino nolenti eam obtrudere queant? Quæ quæstio non ad operas præteritas quas subditi non præstiterunt, sed contumaciter detrectarunt, nam quin pro his pecunia debeatur, dubium non habet. Vid. Sichard. *ad L. 1. C. de Oper. Libert.* Fromm. *de Oper. Subd. & max. Ruſt. §. 36.* Klock. *Tom. 1. Conſ. 10. n 168.* sed futuras spectat, propterea que neganda, quia id saltem subditus, ad quod se obligavit, præstare tenetur, in obligatione autem non pecunia, sed operæ ipsæ existunt. Ergo nec ad hanc invitus jure adstringitur, sicuti enim aliud pro alio non recte solvitur, *L. 99. de solut.* ita nec aliud pro promisso alio, juste exigitur, & fieret utique conditio subditorum durior, contra *L. pen. §. 1. C. de agric. & cenſit.* quippe qui sæpe facilius operas in natura præstare, quam nummos conquirere possunt, vice versa evenit aliquando, ut Dominis operæ sint præstantiores pecunia, huc facit *L. 39. pr. & §. 1. de Oper. Libert. L. 17. & 24 C. de solut.* hancque sententiam tuentur Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 13. n. 47. & seqq.* Ziegl. §. *Nobiles n. 92.* Schepliz. *in Conſuet. Brandenb. P. 2. T. 11. §. 3. n. 7.* Balth. *de Oper. Subdit. C. 16. pag. 379. & seqq.* Fromm. *d. l. §. 36.* Engelb. *de Oper. Ruſt.* add. Husan. *de Hom. propr. C. 6. n. 76. & seqq.* vice versa quoties convenit, ut subditi pro certa pecunia annuatim pensitanda ab operis in perpetuum liberentur, invitis his Dominus ad has rursus in natura præstandas recursum facere nequit Husan. *d. l.* Lynck. *Dec. 704.* ubi in operis feudalibus, quoties in transmutatione prima non accessit Domini consensus, secus esse docet, de qua materia in Capit.

III.

III. latius agendi locus erit. Sane diximus in obligatione esse operas, quia autem harum praestatio in facto mero consistit, durante contumacia interesse erit in executione, *arg. §. fin. Inst. de V. O.* vel contumax mulcta aut carceris poena ad officium redigi poterit. Engelb. *de Oper. Rustic. Th. 70. in f.*

§. XII.

Unde consequitur (1) quod illicita sit mutatio quando Dominus venationis pro operis venatoriis, quae ipsi debentur, subditos invitos ad certam pecuniae quantitatem quotannis praestandam, (vulgo Jagd-Geld) adstringere tentat, mutatio siquidem extra casum necessitatis, qualis hic minime subest, regulariter non permittitur Husan. *de Servit. & Hom. Propr. cap. 8. n 76. & seqq.* add. Rosenth. *de Feud. cap. 5. Concl. 7. lit. H.* Andr. Knipsch. *de Vestitur. Pact. P. 2. C. 5. n. 84.* & saepe homines pecuniarum erogatione magis quam operarum praestatione premuntur: add. Fritsch. *Tr. 9. cap. 11 n. 9.* ubi & demonstrat, etsi subditi modo, operas modo pecuniam pro servitiis venatoriis praestiterint, non deberi tamen continuo pecuniam, cum ex actibus diformiter sese habentibus & discontinuis perpetuum jus nunquam quaeratur, regulariter quoque in praestationibus debitoris sit electio *§. 23 I. de Act.* & favor causae pro reo militet *L. 47. de O. & A.* nisi consuetudo alicubi repugnet. Consequitur inde (2) quod quamvis Jure Canonico Episcopo Ecclesias visitanti procuratio seu victus, non honorarium insuper, nisi consuetudine aliud fuerit receptum Dn. Stryk. *ad Br. Jus Eccles. L. 2. C. 9. §. 14.* debeatur, *C. Cum instantia x. C. Roman de Cens. Exact. & Proc. in 6to c. 16. x. de Off. Ord.* idque vel in signum subjectionis, ut DD. *ad C. 1. de Cens. in 6to.* vel etiam ut tanto alacriores ad visitandum

dum & curam animarum gerendum paſtores reddantur. *C. Procuratores 23. x. eod. tit.* Vid. Zœſ. *ad Jus Can. Tit. de Cenſ.* Et apud Proteſtantes nonnunquam ipſa communitas equos ad vehendum v. gr. Superintendentem mittere teneatur, add. Fritſch. *de Jure Viſitandi Eccl. cap. 7. §. 4.* hinc tamen loco victus & vecturæ pecuniam exigere, & propriis v. gr. equis uti non poterit, eſſet enim id aggravare vel Eccleſiam vel ſubditos, & tales ad reſtitutionem ſub peccato mortali, ac pœna ſuſpenſionis ipſo jure in currenda, una cum dupli reſtitutione, intra menſem obſtringuntur, *cap. 1. cap. 23. x. & cap. 2. de Cenſ. in 6to.* add. Fritſch. *d. l. n. 15.* Si vero alicubi locorum voluntate Imperantis tacita vel expreſſa procurationem in nummos mutare permiſſum inveniatur, in Eccleſiaſticis enim negotiis ad conſuetudinem potiſſimum reſpicimus, Dn. Lynck. *Dec. 895.* exacta, ne cum membris ſuis oneretur Eccleſia, obſervanda erit proportio, & iniquum utique foret æquali oneri pauperem Eccleſiam cum divite ſupponere D. Stryk. *d. l.* § *12.* Nam ſicuti de victualibus, quæ ſuperſunt nihil ſecum deferre poteſt, *cap. 2. in fin. de Cenſ.* vid *C. 6. x. eod. ibi ne viſitatores quærant, quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti. Nec ſumptuoſas epulas quærant, ſed cum gratiarum actione recipiant, quod competenter & honeſte illis fuerit miniſtratum.* Ita nec lucrum ex ſuperflua pecunia ſperare audebit; idem quod ante diximus non incommode ad ſumptus in Parochi inveſtitura neceſſarios applicabimus. Hi enim ſive ordinationis, advectionis, ſimilesve ſint, ad ærarium Eccleſiaſticum, vel in ſubſidium ad parochianos ſpectant, Mev. *P. 5. Dec. 366. n. 1. ibique alleg. C. 2. Def. 13. 16. & 18.* add. Dn. Stryk. *d. l. §. 14.* ad verba: *Eccleſiarum noſtrarum paupertas.* Fluit inde (3) Quod ſubditi ad Aulica ſervitia indefinite vel definite obſtricti, eaque pro beneplacito

neplacito Domini aut secundum legem conventionis præstare parati, ad æquivalentem pecuniæ summam nullatenus teneantur. Sicuti enim quando operarum debitor invito Domino pro operis vectoriis nummos offerre vellet, hic libertatem sibi præripi, jus suum violari, & contra tenorem obligationis fieri, juste conqueretur, ita vicissim eadem tela servitiorum debitor in Dominum retorquere poterit, *tot. tit. Quod quisque jur. in all.* Dicis: Familia Domini olim fusior plures operas expetiit, nunc restrictior tot amplius non desiderat; quod itaque in his decedit id commodo pecuniario pensandum erit. R. Operas respicere necessitatem Domini, cui si satisfactum fuerit, jus ulterius quicquam exigendi cessat, & cum juxta inferius dicenda non nisi exactæ debeantur, quomodo Dominus nulla requisitione præcedente quicquam prætendere poterit? itaque utilitate superioris studendum, ne simul injuriam atque subditi ruinam promoveamus.

§. XIII.

Ex prædictis consequitur (4) Quod rusticus ad determinata operas, v. gr. ut octo diebus agros colat, obligatus a Domino vel ad pecuniariam præstationem pro iis, vel ad vecturam vini, v. gr. ad totidem dies nullatenus adstringi queat, est enim operarum stricta natura, uti multis allegatis comprobat, Struv. *Ex. 3. th. 24.* adeoque extensionem non admittit, unius enim determinati servitii expressio, reliquorum exclusionem operari videtur, *C. 5. x. de Præsumpt. L. un. §. 11. de Caduc. toll.* Ziegl. *ad aur. prax.* Nicol. Calvol. §. *Nobiles n. 119.* Rosenthal. *de Feud. cap. 8. Concl. 21.* add. Schrad. *de Feud. P. 6. C. 6. n. 4.* Et hujusmodi servitia limites conventos vel præscriptos non egrediuntur, *L. 23. §. 1. C. de agr. & Cens. C. ult. x. de Offic. Archidiac.* add.

add. Carpz. *L. 1. tit. 6. Resp. 56. n. 8.* Balthaſ. *d. cap. 16. pag. 397.* D. Laut. *Coll. Th. Pr. tit. de Oper. Libert. §. 7.* Huc quoque referendum, quod ubi operæ, vel certa pecunia alternative debentur, electio ſubdito tanquam debitori competat, *L. 2. §. 3. de eo quod cert. loc. L. 10. §. fin. de jur. dot. L. 8. §. 1. de Jur. Patron. cap. in alternativis de R. J. in 6.* etſi Dominus hoc in caſu ſibi jus aliquod aſſerere conaretur, haud dubie ſubditos ſuos præter meritum gravare videretur, uti ex Carpz. *in Juruprud. Forenſ. P. 2. C. 4. D. 5. & L. 1. Reſp. 52.* deducit D. Laut. *in Coll. Th. Pr. tit. de Oper. Lib. §. 11.* quod tamen Carpz. *dict. Reſp. 52. n. 8. & ſeq.* tunc limitat, quando commutatio operarum in pecuniam, gratiam & favorem Domini reſpicit. Imo & quæ diximus hactenus, non tantum in operis allodialibus, ſed & feudalibus locum obtinent, neque obligatus eſt Vaſallus, ſi velit ſervitia in natura præſtare, ut Domino pro iis pecuniam exigenti regulariter morem gerat. Vid. Schrad. *ad Feud. P. 6. C. 6. n. 57.* Roſenth. *de Feud. C. 8. Concl. 23 n. 11. lit. O. in not.* qua de re ſub *cap. 3.* latior agendi campus erit.

§. XIV.

Porro licet (5) ſubditos, vi inſtrumenti conventionis (der Ding-Rottul) Domino operas ad ædificationem domus habitatoriæ (zum Wohn-Hauß) neceſſarias debere ponamus, tamen hæ ratione objecti determinatæ, intuitu quantitatis indeterminatæ nullam patiuntur extenſionem, hinc ſubditi non obſtringuntur eas præſtare zum Vieh oder Reit-Hauß, vel ad ædes ſacras ipſius Domini, neque enim zu Wohn-Hauß erit verbum enunciative vel nudæ demonſtrationis cauſa appoſitum, ſed reſtrictive & limitate adjectum, *arg. c. 5. x. de Præſ.* itaque ea interpretatio capienda, ut in odioſis ſubditum ab onere potius liberemus, quam

huic eundem ſubjicimus, ſunt enim ſervitia contra libertatem naturalem introducta, *L. 1. C. Ne Ruſtic. ad ull. Obſ.* Richt. *pag. 2 Deciſ. 98. n. 16. & 17. arg. L. 47. d. O. & A.* & huiusmodi determinatio efficit, ut ſpecifice non expreſſa pro omiſſis reputentur, *arg. L. 12 de Judic.* ne operarum debitorem ultra promiſſa obligemus. *L. 31. de Oper. Libert.* Quod tamen fallit, quoties ex verbis conventionis aut rei circumſtantiis determinationem ſervitiorum non reſtrictionis vel taxationis, ſed nudæ demonſtrationis & exempli cauſa tantum factam eſſe apparet *arg. L. 4. & 19. de Reb. dub.* vid. Knipſch. *d. cap. 21. n. 46.* quod latius in materia feudali declarat Kohl. *de Serv. Feud. p. 4. n. 152. & ſeq.* Ob paritatis rationem (6) operæ ad ædificationem domicilii vel arcis præſtandæ **zum Ritter-Sitz** / ad horrea, ſtabula, vel granaria, circumvallandam villam vel hortum non extenduntur. Carpz. *L. 1. R. 51. n. 7. ſeqq.* præjudicium habet Richt. *ibi* **Daß die Bauführen und Frohndienſte / welche die Unterthanen zum Ritter-Sitz zu leiſten ſchuldig / gemeinen Rechten nach / auff die Scheuren / Ställe und andere Gebäu nicht zu** extendiren. *Dec. 98. num. 20 p. 2.* Ita quoque (7) inſtrumentum conventionis interpretamur, ut ſi quis debeat operas intra ſepta quod extra ea non adſtringatur add. Richt. *d l n. 18.* Sed quid ſi duobus muris villa Domini cingatur, intra murum internum **zwiſchen der innern Ring-Mauer** / domus Domini cum horreis aliisve ædificiis ſita ſit, intra externum vero **zwiſchen der äuſſerſten Ring-Mauer** / alia ædificia ſacra & profana conſpiciantur, an Dominus indiſtincte ſervitia prætendere poterit? &. ab obſervantia, cujus potiſſimum in operarum determinatione ratio habetur, deciſionem eſſe petendam, proinde quoties ſubditi in poſſeſſorio immunitatem obtinuerunt, indeque

deque eos non nisi operas ratione ædificiorum interno muro includorum præstitisse manifestum evadit, vix in petitorio, nisi de pacisentium apertissima in contrarium voluntate constet, reformatoria sequetur, add. Carpz. *P. 2. C. 52. Def. 2. n. 3.* sæpe enim dictum est, servitia utpote libertati invida, ita esse intelligenda, ut in minimo iis gravetur debitor, Richt. *P. 2. Dec. 99. n. 52. seqq.* vocem igitur **Ring Mauer** de muro interno, qui ædes inhabitatorias ipsius Domini complectitur subaudiemus, huc enim præcipue pacisentes vel transigentes respexisse videntur, & ubi verba ambigua sunt, operarum extensionem non faciemus. Carpz. *d. l. Def. 3. n. 5. & 61. R. 51. n. 7. & seqq.* Consequitur inde (8) quod ad operas solius ædificii nomine **Bau-Dienste zum Ritter-Sitz** obstricti, lapides pro complanandis viis extra ædificium constitutis convehere, ne in servitiis extensivam interpretationem sequamur, nullatenus teneantur, & eatenus tantum approbamus ea, quæ habet Richt *P. 2. D. 98. n. 20.* Carpz. *d. l. Def. 4.* Vid. *Rec. Imper. de A. 1548. §.* **Ferner und noch mehrer** *de A. 1555. §.* **Nachdem aber.** Berlich. *P. 2. Concl. 65. n. 7.* Pari modo (9) ob dictas rationes non concedimus extensionem a servitiis quæ debentur bonis allodialibus, ad feudalia & vice versa, idque præjudicio stabilit, D. Lynck. *Decis. 398.* neque (10) qui tenentur fœnum e pratis Domini avehere, ut id aliunde adducant minime obligantur, placet hic adscribere verba Dn. Lynck. cum aliam vetitæ mutationis speciem insimul contineant, ibi: **Hiernächst ist er die Unterthanen / welche dem Herkommen und Recessen nach / zusammen eine Frohne gethan / darinnen zu treunen und zugleich zu verschiedenen Frohnen anzustrengen / auch das Heu von fremden Wiesen herbey zu führen / denen Anspännern /**

auffzuerlegen/nicht berechtiget/ *Dec. 87.* abſona merito (11) reputatur mutatio, quæ a rebus ad perſonas ſuſcipitur, ut puta operæ vectoriæ a fundis præſtandæ non recte injunguntur his, qui equos alunt, v. gr. den Fuhrleuten / qui eo in loco immobilia non poſſident, multo minus permittendum Nobili, aurigis operas denegantibus, penitus equis interdicere, ſubeſt enim hic intereſſe Principis intuitu collectarum, ne ſubdito carere cogatur. add. Lynck *Dec. 298.* Ignotum quidem nobis non eſt Schilterum *ad ff. tit. de Op. Libert.* inter operas introducendas, quas odioſas, adeoque ſtrictam, & introductas, quas favorabiles indeque laxam interpretationem admittere docet, diſtinctionem facere; ſed diſtinctionis ſuæ fundamentum, quod cum communi Doctorum doctrina pugnat, non tradit, imo vero ubi extenſio fit, ibi a parte rei noviter quid introducitur, quod ante non fuit, & certe negari nequit, ſolito majus onus ſubdito per exſtructionem alterius operis accreſcere, quod ſine dubio ejus odium reſpecit, cum libertatem imminuat, neque in hac materia tam ad Dominum, cui extenſio utique favorabilis eſt, quam potius ad miſerum patientem, qui premitur ſervitiis, reſpiciendum erit, *L. 1. C. Ne Ruſt. ad ullum obſ.* Inſtat quidem Schilt. *dict. loc. §. 42 & 43.* aliam eſſe rationem operarum a libertis, aliam a ruſticis dabitarum, in illis propterea, quia non niſi ex ſtipulatione vel jure jurando ſervitia debentur, ſtrictiſſimam interpretationem obſervari, ſecus autem in operis ruſticorum obtinere, eas quippe ex poſſeſſione rei immobilis, cui Dominus hoc onus antiquitus impoſuit, ortum trahere, neque enim quod poſſeſſor ab initio has promiſerit deſiderari, ſed quod rem a Domino iſto incommodo affectam receperit, ſufficere. Aſt inprimis quod de ſimplici acceptione prædii tradit, id

ad

ad minimum Jure Romano difficultatem patitur, quamdiu enim res ista penes Dominum existit, hac qualitate, ne contra notissima juris principia rem Domino suo servire statuamus, affecta dici nequit *L. 10. commun. præd. L. 5. si ususfruct. petat.* & probabile est prædium deficiente rustico liberum ad Dominum redire *L. 1. quemmadmod. Servit. amittat. L. 18. de S. P. R.* ac nisi alteri elocando, operas expresse sibi reservarit, possessorem ad servitiorum præstationem non teneri *L. 30. d. S. U. P.* quamvis si integer pagus a præsidiis servitia in determinata deberet, uti alibi diximus, id onus aliis accrescere non posset, imo quamvis, quo forte respexit Schilterus, id observantiæ, quod prædium istud pristinam qualitatem recipiat, tribuamus, primam tamen conventionis legem tacite repetitam esse insimul concedamus necesse erit, sicuti igitur prima operarum constitutio ex conventione stricti juris manare potuit, (servitia enim rusticorum ex pactis originem traxisse, pluribus alleg. docet Carpz. *L. 1. R. 56. n. 12.* Frantzk. *L. 2. Res 15.*) ita & repetita ista conventio eandem naturam sapiet, nam utique aliud est sine pactione noviter constituere operas, quod quomodo fiat, conceptu difficile est, aliud, semel constitutas in alium migrare, quod quia onus reale, semel impositum in quolibet possessore durat, facile contingit, demus quoque servitutes per emtionem venditionem tanquam contractum b. f. introduci posse, quis tamen propterea strictam earum essentiam negabit, sufficit enim, quod primæva prædiorum libertas per istiusmodi onera constringatur, & ipsa negotii natura talem interpretationem efflagitet. Unde insuper consequitur (12) quod qui certam speciem der Bau-Dienste, v. gr. regulas ad tectum conficiendum Ziegeln zum Dach / advehere obligatus est, ad

reliquam

reliquam ædificii materiam non adſtringatur, quamvis ſine iis regulæ ædibus imponi nequeant, ſpecialis enim promiſſio tum prius operatur, quoties labor noſter adhiberi poteſt, reſtrictione itaque opus erit, adde Carpz. *L. 1. Reſp. 56.* Porro (13) qui obligatur lignum ad comburendum convehere, non tenetur illud prius ſuecidere, eſt enim diverſitas operarum, prior enim ſpecies ad vectorias, poſterior ad manuarias pertinet, adeoque nec huc argumentum ex *L 2. de Juriſdict.* quippe quæ de conceſſione generali, & de rebus ſub eodem genere contentis, non de ſpeciali, & huc plane non pertinentibus loquitur, valide adduci poteſt, Jung. *L. 26. §. 12. de condict. indeb.* & Erhard. *de Oper. Ruſt. §. 22. lit. A.* neque (14.) talis adſtringitur zu Bauführen Reiffſtangen / Zaunſtöcke zu führen / Dn. Lauterb. *Colleg. Theor. Pract. tit. de Oper. Libert. § 7. in fin.* Knipſch. *de Nobilitat. togat. & ſagat. L 3. C. 2. n. 82.* multo minus, (15) ubi in inſtrumento conventionis certæ operæ ruricales ad agros colendos deſtinatæ, reperiuntur expreſſæ, ad alias vecturas v. gr. Land-Fuhren ſubditi recte coguntur, vid. cum alleg. Carpz. *L. 1. Reſp. 56. n. 12. & ſeq.* ubi *n. 15.* præjudicium adducit.

§. XV.

Ubi operæ determinatæ exiſtunt, ibi præſtatione earum, quæ in obligationem ſunt deductæ quis a nexu liberatur, *L. pen. §. 2. C. de agric. & Cenſit.* hinc ſi Ruſticus 3. dies vel manuaria, vel jumentaria ſervitia præſtando conventioni ſatisfecerit, ad alia Domino pro pecunia non tenetur, quamvis aliis operas ſuas elocare ſolitus ſit. Itaque hæreditariis ſervitiis Erb-Dienſte mercenaria Lohn-Dienſte addere non obſtringitur, non exigua ſiquidem pars libertatis eſt, in arbitrio tuo exiſtere, quo cum contrahere & cui

& cui tu te obligare velis, *arg. L. 14. de contr. Emt.* dum enim rerum tuarum liberrimus moderator ac arbiter *L. 21. C. Mand.* existis, cur non pari modo operarum tuarum liber dispensator eris? Ut taceam, quod coactio ista, elocandi operas, proxime speciem servitutis sapere videatur, *L. 4. si a patr. quis manum. L. 10. de Obseq. Parst. præ.* itaque ab invito majores operæ extorquerentur, neque jus retractus extra casus de jure expressos locum habet, *L. ult. C. de jur. Emphyt. L un. C. non licer. habit. Metrocom. L. 1. C. de Metallar.* latius hanc sententiam propugnat, Carpz *Jurisprud. for. P. 2. C. 5. Def. 9 & Lib. 1. R. 50. ubi vid. præj.* Laut. *subtil. Locat. §. 1. m. 4.* Balth. *de Oper. Subdit. p. 175. & seqq.* Quid de limitatione, quam suggerit Carpz. *L. 1. R. 59.* sentiendum sit, *cap. 3.* inquiremus.

§. XVI.

Quoad qualitatem operas alias consuetas seu solitas, alias inconsuetas DD. faciunt, ille dicuntur, quæ juxta territorii aut certi loci usitatum morem, etiam citra specialem conventionis legem, Domino debentur, hæ vero, quæ contra antiquam observantiam exiguntur, & regulariter nec in obligatione nec præstatione sunt, *L. un. C. ne Op. a Collat. præst. L. un. C. ne Trib. lavacr. L. un. C. de Salgam. hospit. non præst. C. 10. x. de Offic. Archidiac.* Brunn. *ad L. 1. C. ne rustican. ad ull. obseq. in fin.* Balth. *de Oper. Subdit. C. 11. p. 262.* Fritsch. *de jur. pagor. C. 8. n. 5.* Carpz. *L. 6. R. 54. n 19.* indeque infert all. Carpz. *P. 2. C. 51. defin. 1.* quod Nobiles aliive Domini subditos ad custodiam diurnam vel nocturnam in castris faciendam cogere nequeant, consentit Brunn. *ad d. L. un. C. de salgam. n. 3.* ubi enim de ejusmodi operarum specie nullibi aliquid constitutum, aut certa consuetudine introductum repetitur, ibi nec ratione

harum ullum obligationis vinculum apparet, cit. Carpz. *Lib. 1. tit 6. Resp. 54. n. 10.* vid. Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 13. n. 69.* Balthas. *de Oper. Subdit. C. 11. cum alleg. p. 281. & seqq.* quod ampliat Brunnem. *ad d. L. un. n. 3.* nequidem Dominum territorii intuitu harum operarum (ita enim ipsum intelligimus) habere fundatam intentionem, sed asserenti onus probandi imponendum esse, *arg. L. 1. §. 4. de Hered. Inst. C. ult. de rest. spoliat. in 6to* idque etiam probat Balth. *C. 11. p. 267.* aliud exemplum suggerit Richt. nimirum si Dominus desideret a subditis, ut sibi adversus fures & abigeos in campis equos custodiant, *Dec. 98. num. 24.* ibi: **Dennoch dieweil dergleichen Dienste für sich verhast/ also/ daß sie über und wider die Verträge/ Abschiede und altes Herkommen/ Gewohnheit und Lands-Ordnungen/ weiters und auf neue Ufflagen nicht zu erstrecken u. zu erweitern/ als können auch erwehnte beyde Lehn-Leute eure Pferde auff dem Feld bey der Acker-Arbeit zu bewachen/ wofern ein solches zuvor nicht hergebracht und gebräuchlich gewesen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden.** Hinc quamvis subditi operas venatorias & quæ his annexa sunt, veluti vehere & expandere retia, feras captas de loco in locum transportare, canes ducere, loca sibi per venatores assignata occupare debeant, Minsing. *de Superiorit. C. 6. Concl. 78. &c.* tamen ad canes venatorios alendos vel enutriendos eos nullatenus teneri existimamus: ita enim nimis dura foret eorum conditio, hocque onus non tam ad operas, quam ad servitutem vel potius obligationem personalem, quæ consensum subditi prærequirit, proxime accederet, Wehner *Pract. Observ.* voce **Forst-Recht.** Balthas. *de Oper. Subd. C. 11. p. 278.* Insuper ad servitia feudalia ordinarie non spectat custodia viarum publicarum

carum die Straſſen zu bereiten / quilibet enim Princeps ob vectigal, quod percipit, ſecuritati earum proſpicere debet, *Rec. Imper. de anno 1548. §.* Ferner *& de anno 1555. §.* Nachdem aber ein jeder. Struv. *S. I. F. cap. 11. n 13.* Porro nomine operarum ruſticarum non veniunt domeſticæ, quæ plerumque famulis & ancillis exhiberi ſolent, utpote ligna inciſa & ad domum transvecta denuo in minutiores partes ſcindere, eaque ut & aquam ad culinam transportare, maſſam panis depſere ac in furno exoquere, pomum & rapas decorticare, ramenta findere & ſcopas nectere, domum mundare, lavare, everrere, caleſacere &c. quia ſervitia domeſticorum proprie non dicuntur ruſticorum, hæc enim ad agriculturam ejusdemque connexa & dependentia potiſſimum pertinent, ſunt verba Balthaſ. *d. l. p. 274.* ubi *p. 276.* quæ ad ſolita ſervitia referuntur, declarat, & in genere *p. 272. & ſeqq.* in hac materia provinciarum in locorum ſtatuta, mores atque conſuetudines inſpiciendas eſſe, cum hic aliquando ſolitum reputetur, quod alibi inuſitatum eſt, docet add. Erhard. *de Oper. Ruſtic. Concl. 23. lit. C.* Engelbr. *de Oper. Ruſt. §. 64. ubi & §. 66.* ſi mos provinciæ vel loci variet, quid ſtatuendum ſit? definit.

§. XVII.

Huc celebris illa, & multum inter JCtos agitata: An ubi operæ indeterminatæ debentur, aucto per ceomtionem prædio etiam augeantur ſervitia? ſpectat quæſtio: Negat Carpz. itaque judicatum refert *L 1. tit. 6. Reſp. 55. §. 4.* partim ob odium ſervitiorum, partim etiam, quod indeterminata de loco ad locum non ſint extendenda *L. 13. §. 1. de annu. legat.* Domini augere aut ſubditi ea minuere nequeant *L. 23. §. 1. C. de Agric. & Cenſit.* partim denique, quod illa intuitu hujus prædii pro novis & inſolitis reputentur.

tentur. Effirmat è contra Balthaſ. de *Oper. Subdit. C. 12. p 326. & ſeqq.* Engelbr. *de Oper. Ruſtic. §. 61.* idque (1) *Argument. L. 2. C. de Alluv. L. 4. § 1. de Cenſib.* (2) Ex natura & qualitate ſervitiorum indeterminatorum, quæ nulla Lege circumſcribuntur, (3) quod operæ ſecundum proportionem prædii ſint menſurandæ, *arg. 2. Feud. 54.* & denique quod augmentum ſequatur naturam ejus, cui adjicitur; *L 11. §. 6. de Public. in rem act.* nobis tutius diſtinguendum videtur, an omnia alicujus pagi prædia ſervitia debeant, an vero quædam libera exiſtant, priori caſu Balthaſ. ſententia verior eſt, qua quod Domino in Titio v. g. Emptore accreſcit, id ei in Mevio venditore decreſcit, poſteriori caſu ſubdiſtinguimus, utrum ager gravatus accedat gravato, & hoc in caſu etiam onera ei inhærentia ad emptorem ſpectabunt, *Arg. L. 12. C. de Diſtract. pign.* neque valet conventio, ut prædium hoc liberum ſit, *arg. tot. tit. C. Sine Cenſ. & reliquis Fund. comp. non peſſ.* Frantzk. *ad ff. tit. de Act. Emt. n. 149.* add. Mev. *p. 3. D. 180. & p. 9. D. 23.* Engelbrecht *ſupr. d. L. th. 62.* Aut non gravatus gravato, & tunc probabilis eſt ſententia Carpz. ne inconſuetum & inuſitatum alias admittamus, & Domino jus aliquod, quod nunquam intuitu hujus rei exercere potuit in odioſis concedamus, ſub ea enim qualitate, ſub qua venditor fundum poſſedit, eam etiam Emtor habet; neque omne unitum ſemper ſequitur naturam ejus, cui accédit, imo prædia ſicuti antea diverſa fuerunt, ita in ſe etiam diſtincta manent, quamvis eundem Dominum reſpiciant, forte tamen limitationis cauſa illud admitti poſſet, quod habet Engelbr. *d. §. 62. in fin.* ſi augeatur prædium beneficio Domini. Is namque ejus intentionis, ut ſibi proſpicere velit & augmentum naturam ejus, cui accedit, aſſumat, fuiſſe cenſetur

arg.

Digitized by Google

arg. L. 8. C. d. I. dot. C. 42. de R. I. in 6to. Quid in emto vel deminuto fundo feudali obtineat, distincte docet Struv. *Syntagm. Feud. cap. 11. & seqq.*

§. XVIII.

Ratione quantitatis operæ sunt determinatæ & indeterminatæ, de illis passim diximus, de his notandum, quod non debeant ultra consuetum & antiquitus observatum modum exigi, & in iis ad tempora anteriora, **wie es von alters herkommen ist**, Lauterb. *Coll. Th. Pr. ad ff. tit. de Oper. lib.* §. *8.* sit respiciendum, hinc & insolita exactio non tantum ratione qualitatis sed & quantitatis jure prohibetur, *L. 23. §. 1. C. de Agr. & Cens. L. 1. C. in quib. caus. Colon. Dn. accus. poss.* & Græv. ad Gail. *Observ. Practic. Concl. 17. Cons. 1. ubi n. 9.* posse rusticum Domino hoc in casu tuto resistere, docet, in Camera vero in dubio literæ pro informatione **Schreiben um Bericht**, casu autem quo de superioris iniquitate constat, mandata sine clausula de non gravando insolitis & immoderatis operis, aliquando etiam mandata auxiliatoria & protectoria ad vicinas potentias contra Dominos enormiter sævientes decernuntur, cum all. Lauterb. *d. l.* Quod si de quantitate ex antiquiore tempore certo non appareat, recurrendum est ad morem provinciæ, indeque determinatio petenda *L. 13. §. 1. Comm. prad. L. 1. §. 3. de adif. priv. L. 23. §. 1. de stat. lib.* Carpzov. *Lib. 1. T. 6. Resp. 54. n. 18.* si vero consuetudo provinciæ variet, tunc ad usum localem pervenitur, & illud præstandum, quod alii ejusmodi generis homines exhibere solent, Knipsch. *de Vestit. Pact. P. 2. C. 5. n. 28.* casu quo autem ex omnibus prædictis difficultas tolli nequit, partes suas interponet Judex, ortamque controversiam ex bono & æquo determinabit, *arg. L. 17. 19. & 22. §. fin. L. 30. &*

50. de Oper. Lib. puout hæc & similia latius declarat, Balth, *de Oper. Subdit. C. 12. p. 312. & seqq.* Struv. *cum mult. alleg. Ex. 3. th. 24.* Carpz. *L. v. Resp. 54.* Brunnem *ad d. l. 36.* inque determinatione spectandum non quid absolute possit, sed quid commode a subdito fieri queat Mev. *P. 4. D. 152. & seqq.* itemque Brunnem. *c. l. n 1.*

§. XIX.

Illicita quoque regulariter est mutatio operarum ratione circumstantiarum, veluti (1) Loci, qua in re, ut tanto apertius mentem nostram declaremus distinguendum nobis videtur, utrum operæ primario debeantur personæ, an vero Domini prædiis? priori casu, ubicunque Dominus moratur, & ubi volet sunt præstandæ *L. 21. & 22. de Oper. Libert.* hinc homo proprius, ut supra diximus, antequam ad libertatem perveniat, Domino suo obsequiosas operas hujus sumtibus per integrum annum præstare obligatus, eundem sequi tenetur. Husan. *de hom. propr. C. 6. n. 90.* modo Dominus non sit vagabundus *L. 20. §. 1. de Op. Libert.* posteriori interest an prædium, ratione cujus servitia exhibenda non expressum v. gr. ut per tres dies in horto operas manuarias præstet, pluresque Dominus hortos habeat, electio ipsius Domini erit, Besold. *Conf. 189. n. 27.* Idque etiam tunc procedere dicunt DD. quando Dominus domicilium transfert, si operarum præstatio ad certum locum non est restricta *L. 20. §. 1. de Oper. Libert.* Knipsch. *de Nobil. Sagat. & Togat. n. 100.* modo tamen extra territorium regulariter non evagemur, *arg. L. 4. §. 2. de Cens.* vel ad talem locum prætendantur operæ, ratione cujus verisimiliter, ob difficultatem itineris, longinquam distantiam aliasque circumstantias rusticus eas promissurus non fuisset, *arg. L. 5. & 9. §. fin. de Transact.* & hoc est quod

ait

ait Imperator, deciſionem circa materiam operarum boni viri arbitrio eſſe committendam, *L. 13. §. 1. de ann. legat.* Ziegl. *ad Aur. Prax.* Calv. *§. Nobiles n. 141.* imo communiter paciſcentes domicilium Domini reſpexiſſe videntur, Balthaſ. *de Oper. Subdit. C. 14. p. 350.* Brunnem. *ad L. 12. C. de Oper. Lib.* Ubi vero prædium determinatum eſt, illud vel conſideratur ut terminus a quo v. gr. **Daß die Frohnleute vom Hauß A. die Früchte wolle ꝛc. anderwärtig / wo ſelbige verſilbert werden können, oder auff drey Meile weit hinzuführen ſchuldig ſeyn** / & hic uti exemplum ſubjectum demonſtrat, terminus a quo quidem certus exiſtit, locus ad quem iterum vel certus quo caſu res dubium non patitur, vel etiam incertus eſſe poterit, & hic rurſus arbitrium boni viri, qui examinato eo; quid antiquitus fieri conſueverit, ponderatis negotii circumſtantiis & probabili contrahentium intentione ſpectata ex juſto & æquo difficultates reſecabit, regulariter autem extra territorium aut diſtrictum Domini ad evehendum vel advehendum operarum debitores non adſtringet, *arg. c. 7. de Cleric. Excomm.* vid. Brunnem. *ad L. 20 de Oper. Lib. n. 3.* Ziegl. *ad aur. Praxin.* Nicol. Calvol. *§. Nobiles n. 141.* Huſan. *de Hom. Propr. c. 6. n. 89.* Erhard. *Concl. 24.* Balthaſ. *de Oper. Subd. C. 14.* Hinc patet quod ſi Dominus in eadem provincia duas poſſideat arces, ad quarum unam ſubditi quaslibet operas indeterminatas præſtare & prædia ejus ruſtica omnimodo colere obſtringuntur, has ad alium locum transferre nequeat, gravior enim ita ſubditorum conditio & contra primam operum introductionem manifeſte fieret, add. Brunnem. *ad L. 12. C. de Oper. Lib.* Carpz. *L. 1. R. 57.* neque enim mutatio de loco ad locum admittitur, quæ omnia latius declarant, & præjudiciis in Camera

mera Imperiali latis confirmant, Fromm. *de Oper. Subd. & max. Ruſtic. §. 42.* Lauterb. *Coll. Th. Pr. tit. de Oper. Lib. §. 1. cum alleg.* Balthaſ. *d. l.* unde recte concludit Erhard *Concl. 23. in fin.* itemque Moller *in P. 2. tit. 52. Conſt. Electoral.* Quod ſi Nobilis quidam plures reliquerit filios, qui feudo diviſo nova caſtra ædificare cupiunt, ſubditi operas ſuas ad illa edere non teneantur, eſt enim hic non tantum mutatio ratione loci ſed & objecti, ad unum enim Domini caſtrum non ad plura operas ſuas præſtare adſtringuntur, imo ex prædictis crederem improbabilem eſſe ſententiam Huſan. *de Hom. Propr. C. 6. n. 90. & ſeqq.* quem videtur cum all. ſequi Fromm. *de Oper. Subdit. & max. Ruſt. §. 34. in fin.* diruto caſtro ad quod colonus operas, veluti aquam & ligna convehere, excubias agere &c. cedere obligatus erat, novum autem non ibidem ſed alibi exſtruatur ædificium, ad eandem numero operarum præſtationem ruſticum teneri exiſtimantis, nam ſi τὸ alibi de alio loco ejusdem prædii intelligatur, admitti utique hæc opinio poterit, jure ſurrogationis, imo non habet quod multum conqueratur ſubditus, ſi in eadem civitate, vel eodem pago novum caſtrum inſtauratum fuerit, aſt ſi τὸ alibi capiatur de quolibet loco ad horam vel milliare aut latius diſſito, neſcio quænam æquitas tam acerbum ſubdito jugum imponeret, & utique hic contra legem conventionis peccaretur, quæ non quamlibet & totam ipſius Domini utilitatem, ſed & ſervientis commoditatem reſpicit, & ad certam v. gr. civitatem reſtricta eſt, neque dici poteſt domum longe a priore diſſitam, ejusdem cum illa naturæ & qualitatis eſſe, verum quidem eſt, quod colonus ſerviat propter prædium ſibi a Domino conceſſum, aut ex lege conventionis, aſt reſpicit hoc onus prædium illud ratione cujus ſervitia primitus

mitus promissa sunt, non aliud quodlibet ex beneplacito Domini, ne in odiosis extensionem admittamus, itaque necessitas Domini consideratur, ne misero Rustico simul injuria inferatur, sane si obligatio coloni indiscreta ad nullum Domini locum restricta foret, sententia prior colorem veritatis habere posset. Nos autem regulæ isti firmiter inhæremus, operæ de loco ad locum non sunt transferendæ, *L. 41. de Oper. Lib.* Laut. *d. l.* eaque sententia tanto magis procedit, quando castrum aliquod esset extra territorium, sub quo alias degit uterque, situm, quia respectu illius non forent subditi, vel si alium pagum præsupponamus intuitu hujus non essent servientes, ipsique Domino nullatenus obstricti vivunt. Etsi enim Dominus unus diversa territorio teneat, tamen unius provinciæ subditi alterius consubditi, vel diversorum pagorum coloni ejusdem communitatis esse neutiquam intelliguntur, ita recte contra Carpz. *P. 2. C 51. Def. 2. n. 5.* concludit Balth. *de Oper. Subdit. C. 11. p. 294. & seqq.* Hinc facile apparet, ea quæ diximus non tantum ad servitia Vulgaria, sed ut plurimum quoque ad Aulica pertinere, neque etiam in iis mutationem de loco in locum cum summo subditorum dispendio, quibus ita insolitum quid injungeretur, admittimus, *L 2. C. de privil. Dom. Aug. vel rei privil. ibique* Brunn. cur autem in servitiis feudalibus secus sit, & vasallus Dominum in bello devensivo indistincte sequi teneatur *1. F. 1. 2. F. 40. 45. & 55.* ejus rationem exponunt, Balth. *d. l.* & Kohl. *de serv feud. P. 5. n. 9.* sane si bellum foret offensivum, quod pro occupanda longe dissita a Domini territorio provincia geritur, operas militares eum in finem vasallus vix præstare obligabitur, uti ex Sprincksfeld. *tract. de Apanag. C. 7. n. 55.* notat Struv. *in Obs. Feud. ad c. 11. §. 8.*

§. XX.

Circumſtantia (2) reſpicit Tempus, quoad mutationem vero ratione temporis ſciendum, quod regulariter non debeantur operæ, niſi fuerint a Domino petitæ, *L. 13. §. judicium. L. 22. 24. de Oper. Lib.* idque etiam in vaſallo obtinet, *2. F. 26. §. licet. vaſallus 1. F. 21. verſ. nam ſi ſteterit. 2. F. 37. §. ult.* Coccej. *de Adoha. C. 4. §. 2.* niſi ſciat grave periculum imminere Domino, ad quod præcavendum ipſe ultro occurrere debet, *2. F. 26. §. licet 1. F. 21. in fin.* Struv. *S. I. F. C. 11. Aph. 9.* vel niſi certis diebus ſtatoque tempore ſervitia debeantur, tunc enim ſubditus vel etiam vaſallus qui promiſit, ipſemet memoria tenere eaque etiam non vocatus exhibere debet, Bocer. *de Jur. Senior. & Vaſall. lib. 1. C. 4. n. 3. & ſeqq.* obligatur autem regulariter ea præſtare de die non de nocte, hinc diurnum quoque officium operæ dicuntur *in L. 1.* ibique Brunn. *& LL. 3. §. 1. de Oper. Lib. L. 2. de ann. leg.* unde Berl. *P. 2. Conſt. 64. n. 1.* & Carpz. *P. 2. Conſt. 51. Def. 1.* ordinarie ruſticos Domino ad excubias nocturnas, etſi eos promiſerint, obſtrictos non eſſe, deinde diebus feſtis non ſunt indicendæ, quia illis cura & cultura animarum non agrorum quærenda, *L. 9. ff. & L. 7. C. de Feriis. L. 36. de Recept. Arbitr.* Matth. Coler. *de Proceſſ. P. 1. C. 9. n. 68.* hinc ſua ſponte fluit (1) quod etiam ſubditus, cum indictionem Domini exſpectare debeat, tempus pro tempore eligere non poſſit, *L. 22. & 24. de Oper. Lib.* Balth. *d. l. p. 245.* inde porro conſequitur (2) quod ſi ſubditus 6. diebus v. gr. quotannis operas exhibere obſtrictus, juſſu autem Domini ad locum diſſitum vocetur, ita ut 5. dies v. gr. abeundo, & redeundo conſumantur, hos in numerum 6. dierum operis deputatorum merito computare poſſit, revera enim 5. diebus ſerviit, idque confirmat *L. 20. §. 1. de Oper. Libert.* ibi:

ibi: *Proculus ait, sed qui dies interea cesserint, dum Romam venerit, Patrono perire* jung. Stamm. *de Serv. Pers. L. 3. C. 21. n. 6.* Balth. *de Oper. Subd. p. 347.* Huc illa quoque pertinet quæstio, utrum operæ priori anno intermissæ, sequenti recte a Domino exigantur? Placet hic distinctio inter operas ratione temporis certas & incertas, ut illas, sive iis Dominus indiguerit sive non, modo non venerit determinato tempore subditus & ad illarum exhibitionem sese paratum ostenderit, ad æstimationem obstringatur, quia hic verum est, quod dies interpellet pro homine & proinde colonum in mora constituat, *L. 12. C. de Contrah. Stip.* Ziegler. *ad Aur. Prax.* Nicol. Calvol. *§. Nobiles n. 129.* Husan. *de Hom. propr. C. 6. n. 75.* quod etiam indeterminatis servitiis feudalibus procedit juxta Kohl. *de Servit. Feud. part. 4. n. 4.* add. Strauch. *dissert. de hostendit. §. 32.* quoad has subdistinguimus, utrum interpellatio interceserit nec ne, priori casu si debitor operarum contumaciter emaneat, aut eas exhibere neglexerit, illas adhuc indistincte sive ratione objecti determinatæ aut indeterminatæ sint, præstare cogitur, *arg. L. 4. & 30. §. in libertam & L. 44. de Oper. Lib.* Maul. *de Homag. tit. 4. n. 15.* Ziegl. *d. l. n. 131.* posteriori casu quando non sunt exactæ, itaque nulla culpa aut mora debitoris intercessit, sequenti anno non duplicabuntur, *arg. L. 15. & 34. de Oper. Lib. 4. §. 5. de Stat. Lib.* quod ita tamen declarant interpretes, ut adversa valetudine impediti, casu quo Dominus operas petit, per substitutum servire teneantur *L. 16. & auth. adscriptitios C. de Episc. & Cler. L. 1. C. de propos. agent.* Erhard. *de Oper. Rust. Concl. 32. lit. B.* prædicta multo magis procedent in operis indefinitis, quando Dominus in mora exigendi fuit, quia dum non petiit operas eas remisisse videtur, ita enim JCtus ait: *cum operarum præstatio*

nihil aliud fit quam officii præſtatio, abſurdum eſt credere alio die deberi officium, quam quo is vellet, cui præſtandum eſt. L. 22. de Oper. Lib. & facit ratio quod ante non cedant, quam indictæ fuerint, *L. 24. eod.* plenius hac de re agunt, Balth. *de Oper. Lib. C. 12. p. 303. & ſeqq.* Fromm. *de Oper. Subd. §. 35.* Roſenth. *de Feud. C. 8. Concl. 20.*

§. XXI.

Quod denique mutationem circa ſumtus attinet, ſciendum eſt, ſicuti Jure Communi præſtatio operarum conſuetarum ſumtibus facientis fieri debet *L. 18. ff. de Oper. Lib.* niſi debitori tantum non ſuperſit, unde ſe ipſum ſuſtentare queat, *L. 21. eod.* vel ſpatium ad quærenda vitæ media ei non reliquatur *L. 19. & L. pen. §. 1. de Oper. Lib.* Mev. *p. 4. d. 133. n. 4.* Bi unn. *ad dict. L. 18. de Oper. Lib.* Gail. *Obſ. 63. n. 13.* neque id tantum ad victum, ſed & ad inſtrumenta ruſtica fracta vel deteriorata, aut etiam per prædones incurſum vel hoſtium ablata, pertinet, *arg. L. 2. ad L. Rhod. de Jact. L. 9. de pign. act.* Huſan. *de Hom. Propr. cap. 6. n. 95.* Ziegl. §. *Nobiles n. 96.* Erhard. *Concl 26. in fin.* Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 13. n. 79.* Dn. Lauterb. *Colleg. Theor. Pract. tit. de Oper. Libert. §. 11. in fin.* Balthaſ. *de Oper. Ruſt. cap. 15. p. 359. & ſeqq.* ita per ſe patet ubi nihil aliud in contrarium urget, ſi debitor ad harum impenſarum exhibitionem Dominum obligare velit, eo ipſo communem operarum naturam immutari, neque ad has exigentem obligatum eſſe *d. l. 18. de Oper. Lib.* Quod ſi vero vel ab initio aliter convenerit, vel conſuetudo ita ferat, ut certum quid ſive perſonis, ſive jumentis, ſive intuitu inſtrumentorum præſtetur, varie enim id pro diverſitate locorum & conventionum aliquando determinatur, aut uſu obſervatur, modo namque caſeus cum pane, modo panis tantum ad certam quantitatem ordina-

ordinatus, modo aliud pro re nata præstatur, in Westphalia vero cibum communiter præstat Dominus per integrum diem, ubi & adnotari meretur, quod in sæpe allegato Recessu, Hass. Darmstad. vigore cujus subditi ad sex annos à servitiorum præstatione, erga exsolutionem certæ pecuniæ immunes existunt, quando pro renata operas præstant, certum quid ipsis assignetur, ita enim verba *dict. Recess.* §. 10. sonant vers. Nachdem Wir Uns auch mit Unseren Unterthanen eines gewissen Tax über die Fuhren und Arbeiten, die / was von ihnen um Bezahlung geleistet werde / dergestalt verglichen / daß nehmlich sie von einem Achtel Korn / oder anderthalb Achtel Haber / jede Meile 2. Albus. Von einem guten Pferdt so zu Vorspann oder sonsten gebraucht wird / jede Meilwegs einen Ortsgulden; Ein Einläuffiger / so Bottenweiß außerhalb Amts gehet / und nichts träget / jede Meile 4. Alb. derjenige aber / so etwas träget / jede Meile 5. Alb. Zu Botten-Lohn im Amt des Tages 5. Alb. Ein Tag zu arbeiten / 5. Alb. Ein Tag bey Fürsten-Lager / oder sonsten auffzuwarten / 5. Alb. alles den Gülden in 30. Alb. in Franckf. Wehrung haben soll. Quod si inquam tale quid intuitu præstationis legitime introductum fuerit, Dominus qualiscunque demum sit, circa ea nihil mutare poterit, nam qui panem hunc das Dienst-Brod fraudaverit, is sanguinis reus vocatur, Joseph. à Costa *de procuranda Indorum salute L. 3. C. 17.* neque a furto coram DEO immunis erit, & Neumayer plures desuper in Germania aliisque provinciis querelas, imo non raro seditiones & rebelliones rusticorum motas esse, notat in Tract. vom Auffstand der Untern wider ihre Regenten und Obern / *C. 1. §. 1.* Proinde nisi Dominus ex sua parte exsolverit ad quod obligatur, subditi juste operarum præstatio-

nem detrectare poterunt, *arg. L.* 13. §. 8. *de Act. Emt. L.* 52. §. 1. *ff. locati L.* 27. *de in Offic. Testam. cap. finestra de R. J. in 6to* Knipschild. *de Nobilit. togata & sagata cap.* 21. *n.* 122. *& seqq.* Sumtus feudales autem quod concernit, non conveniunt inter se feudistæ. Alii enim, quando in territorio ipsius Domini servitia præstantur, hos Vasallo, si extra illud, Domino imponunt. Rursus alii inter feudum opimum & macilentum, pauperem & divitem vasallum distinctionem faciunt, quorum omnium opiniones ad latum exhibent Kohl. *de Servit. Feud. p.* 6. *n.* 7. *cum multis seq.* Rosenth. *de Feud. cap.* 8. *Conclus.* 24. Nobis placet distinctio inter sumtus ad apparatum instrumentaque bellica v. gr. ad equos, arma &c. paranda necessarios, & inter victus sustentationisque impendia, ut prioris generis vasallo, posterioris Domino belligeranti assignemus, habet enim feudum, ut serviat, quod sine requisitis ad expeditionem pertinentibus, fieri nequit 2. *F.* 23. *in fin* 2. *Feud.* 52. *&* 55. Non ut suis sumtibus servitia præstet *arg. L.* 10. §. 9. *mand.* ne duplici onere gravetur *arg. L.* 34. §. 5. *de leg.* 2. idque diserte probat textus *in* 2. *Feud.* 107. cum enim materia hæc in jure feudali non sit expresse decisa, probabilis auctoritas a Capitulis extraordinariis merito desumitur, quod ne quidem Kohl. *Dissentiens dict. p.* 6. *n.* 6. *in fin.* negare audet, & luculenter demonstrat Hartm. Pistor. *L.* 2. *Q.* 34. *n.* 33. neque hic valet argumentum a liberto ad vasallum, quippe qui ad militares operas, quæ tantis periculis expositæ, tamque enormes erogationes requirunt, non tenentur, pro nostra sententia videri potest Finckelth. *Observat.* 87. *per tot.* ubi etiam *n.* 27. *& seqq.* equos & arma in expeditione bellica si amittantur, vasalli, non Domini periculo existere, traditi, *arg. L.* 2. §. 1. *ad Rhod. de jact.* adde eundem *in Disp. Feud.* 9. §. 9. & Struv. *in Obs. Feud.* 9. *ad cap.* 11. ubi Knichen. *de Jur. Territ. C.* 3. *n.* 374. *& seqq.* tanquam Dissentientem allegat. Ex quibis quod mutatio sumtum contra naturam feudi suscepta ordinarie illicita sit, facile patescit, Kohl. *de Servit. Feud. p.* 6. *n.* 2. *seqq.*

Tantum de prima *Dissertationis* parte: DEO interim O. M. pro ineffabili sua assistentia, sit maneatque,

Laus honor & gloria in omnia secula.